

Ano dm 1381
emi p decem floreis

Añodni 1341

Valerius Maximus.



l. Primus

l. Secundus

l. Tertius

l. Quartus

.l. Non9

Urbis Rome exterarum que gentium facta simul ac dicta me
moratu digna, que apud alios latius diffusa sunt quam ut
breviter cognosci possint, ab illustribus electa auctoribus deligere
constitui, ut documenta sumere volentibus longe inquisitionis
labor absit. Nec michi cuncta complectendi cupido incessit. Quis
enim omnis evi gesta modico voluminum numero comprehendit? aut
quis compos mentis domestice peregrine que istorie seriem felici supe
riorum stilo conditam vel attentiori cura vel prestantiori facundia
traditurum putaverit? Te igitur huic cepto penes quem
hominum deorum que consensus maris ac terre regimen esse volu
it, certissima salus patrie Cesar invoco, cuius celesti providentia
virtutes de quibus dicturus sum benignissime foventur, vitia seve
rissime iudicantur. Nam si prisci oratores a Iove optimo ma
ximo bene orsi sunt, si excellentissimi vates a numine aliquo
principia traxerunt, mea parvitas eo iustius ad tuum favorem de
currerit, quo cetera divinitas opinione colligitur, tua presenti
fide paterno avito que sideri par videtur, quorum eximio fulgore
multum cerimoniis nostris inclite claritatis accessit. Reliquos
enim deos accepimus, Cesares dedimus. Et quoniam initium a cultu deorum in
animo est petere, de conditione eius summatim disseram.

De amplificanda religione. C. I.

Maiores statas sollennes que cerimonias pontificum scientia bene
gerendarum rerum auctoritate augurum observatione, Apollinis
predicatione vatum libris, portentorum depulsis, etrusca disciplina

explicari uoluerunt. Prisco etiã instituto reb' diuinis opa datur.
polisinteton
cũ aliquid cõmendandũ est p̃catione cũ exposcendũ uoto cũ
soluendũ gratulatione cũ inquirendũ ut extis ut sortib' impetito
cũ solemni ritu peragendũ sacrificio quo etiã ostentor ac fulgur
denũptiationes pcurantur. Tantũ aute studiũ antiquis nõ solũ
seruande s3 etiã amplificande religionis fuit ut florentissima
tum 2 opulentissima ciuitate decẽ principũ filii senatus cõsulto
singulis etrurie pplis pcipiende sacroꝝ discipline grã traderet
ceteri qꝫ q, more greco uenerari instituerant. Ancilla cũ id
oppidũ ciuitatis nomẽ nõdũ accepisset sacerdote Calatrariã pe
terent ut ut alij dicunt Caliphenã ne dee uetustis ritibus
pita deesset antistes. Cui cũ in urbe pulcerrimũ teplũ here
greco ritu moniti sibillinis libris ut uetustissimã cererem pla
carent Ethinã q̃m sacra ei' inde õta credebant quindecim ui
ros ad eã ppitiandã miserunt. Itẽ mat' deũ sepe nũo ipato
res nostri cõpotes uictoriaꝝ suscepta uota pessimotem pfecti
soluerunt.

Metellus uõ pontifex maxim' postumiũ consulẽ eundẽqꝫ fla
minẽ martialem ad bellũ gerendũ africã petentẽ ne a sacris
discederet multa indicta urbẽ egredi passus nõ est. Religioni qꝫ
sumũ cessit impiũ. quia tuto se postumi' martio certamine cõmis
sur' nõ uidebat cerimoniis martis desertis.

Laudabile .xii. fascium 2 religiosus obsequium, laudabilior .iii.
2 .xx. i cõsimili re obedientia. A Tiberio eni Gracho ad collegiũ

Not potestatem senatus — omoeptoton — sincopa

augurũ literis ex prouincia missis, quib' significabat se cũ ad sacra ppli ptinentes legeret libros, animaduertisse tabernaculũ uitio captũ comitiys cõsularib' que ipse fecisset: eaq; re ad senatũ ab augurib' relata iussu ei' Gai' figulus e gallia, Scipio Nasica e corsica romã redierũt, z se consulatu abdicauerũt.

Consimili ratione publi' Cel' M. Cornel' CN. Ceteg' et G. Claudi' pp exta parũ curiose ãmota deoꝝ imõtaliũ uariys tẽporib' bellis q; diuersis flaminio abire iussi sunt, coactiq; etiã.

At Sulpitio inter sacrificandũ e capite apex prolapsus, eidem sacerdotiũ abstulit.

Occentus q; soricis audit' fabio maximo dictatura z Gaio flamineo magisteriũ equitũ deponendi cãm prebuit.

Adiciendũ his q; postumio lucinio pontifici max' uirgo uestalis q; quadã nocte parũ diligens eterni ignis custos fuiss;, digna uisa est que flagro ãmoueret.

Maxime uo uirginis emilie disciplinã extincto igne tutaz ab omi reprehentione ueste numẽ ptitit, qua adorate cũz carbasuz quia optimã habebat foculo imposuisset subito ignis emicuit.

Non mirũ igit' si p eo imperio augendo custodiendo q; ptinax deoꝝ indulgentia semp excubuit, q' tã scrupulosa cura paruna quoq; religionis momenta examinari uidebat. q' nunq; ab exactissimo cultu ceremoniaꝝ oculos remotos habuisse

nostra civitas existimanda est. In qua cum M. Marcellus quintum consu-
latum gerens templum honori et virtuti Clastidio prius deinde Siracu-
sis potitus nuncupatis debitum votis consacrare vellet, a collegio negante
pontificum impeditus est, unam cellam duobus diis recte dicari. Futu-
rum enim si quid prodigii in ea accidisset, ne dignosceretur utri rem di-
vinam fieri oporteret. Nec duobus nisi certis diis una sacrificari solere.
Ea pontificum ammonitione effectum est, ut Marcellus seperatis
edibus honori ac virtuti simulacra statueret. Nec aut collegio
pontificum auctoritas amplissimi viri aut Marcello adiectio impen-
se impedimento fuit, quo minus religionibus suus tenor suaque obser-
vatio redderetur.

Obruitur etiam tot illustribus consularibus L. Furius Bibaculus, exempli que
locum vix post Marcellum invenit. Sed pius simul ac religiosi animi laude
fraudandus non est, qui pretor a patre suo collegii saliorum magistro
iussus sex lictoribus precedentibus arma ancilia tulit, quamvis vacationem
huius officii honoris beneficio haberet. Omnia namque post religionem ponenda
semper civitas nostra duxit. In quibus etiam summe maiestatis decus con-
spici voluit. Quapropter non dubitaverunt sacris imperia servire ita se
humanarum rerum futura regimen existimantia, si divine potentie
bene et constanter fuissent famulata. Quod animi iudicium in privatorum
quoque pectoribus est versatum.

Urbe enim a gallis capta cum flamen quirinalis virginesque vestales
sacra onere partito ferrent, easque pontem Sublicium transgressas et
clivum qui ducit ad Ianiculum descendere incipiens L. Albanius

palustro coniugem et liberos vehens aspexisset propior publice re
ligioni quam private caritati suis ut plaustro descenderent im
peravit atque ad id virgines sacra imposita obmisso cepto itinere
Cere te oppidum pervexit ubi cum summa veneratione recepta gra
ta memoria ad hoc usque tempus hospitalem humanitatem testatur.
Inde enim institutum est sacra cerimonias vocari quia Ceretani ea
fracto rei publice statu perinde ac florente an coluerunt. Quare
agreste illud et sorditum plaustrum tempestive capax aut ubi libet
fulgentissimi triumphalis currus ut equaverit gloriam ut antecesserit.

Eadem rei publice tempestate C. Fabius Dorso suo memorabile exem
servate religionis dedit. Namque Gallis capitolium obsidentibus ne
statutum Fabie gentis sacrificium interumperetur gabino ritu
cinctus manibus humerisque sacra gerens per medias hostium sta
tiones in quirinalem collem pervenit. Ubi omnibus soleni pactis
in Capitolium per divinam victricium armorum perinde ac victor
rediit.

Magna conservatione religionis etiam P. Cornelio et Bebio
Pamphilo consulibus apud maiores nostros acta cura est. Siquidem in
agro L. Petilii scribe sub ianiculo cultoribus altius terram versantibus
duabus archis lapideis repertis quarum in altera scriptura indicabat
corpus Nume Pompilii fuisse in altera libros latinos esse recondi
tos VII de iure pontificum totidemque grecos de disciplina sapientie
latinos magna diligentia asservandos curaverunt grecos quia
aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere extimabantur

eos . Q . petilius pretor urbanus ex auctoritate senatus p uictimarios igni facto in conspectu populi cremauit . Noluerunt enim prisci uiri quicquam in hac obseruari ciuitate . quo animi hominum a deorum cultu abuocarentur .

Tarquinius autem rex . M . Tullium duum uirum . qui librum secreta ciuilium sacrorum continentem custodie sue commissum corruptus petronio sabino scribendum dedisset . culleo insutum abici in mare iussit . Id supplicii genus multo post . patricidis lege irrogatum est . Iustissime quidem qr pari uindicta parentum ac deorum uiolatio expianda est .

SEd que ad custodiam religionis attinent . nescio an omnes M . Attilius regulus precesserit . qui ex uictore speciosissimo . et insidiis hastrubalis . et Xantippi lacedemonii ducis ad miserabilem captiui fortunam deductus . ac missus ad . S . P . Q . R . legatus . ut ex se et uno et sene complures penorum iuuenes pensarent . in contrarium dato consilio cartaginem petiit . non ignarus ad quam crudeles merito infestosque hostes reuerteretur . Verum qr iis iurauerat si captiui eorum redditi non forent . ad eos sese rediturum . Potuerunt profecto dii immortales effrenatam mitigare seuitiam . Ceterum quo clarior esset attilii gloria cartaginenses moribus suis uti sunt . dii passi . tertio punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter uexati urbis eorum interitu iusta exacturi piacula .

QVanto nostre ciuitatis senatus uenerabilior in deos . qui post cannensem cladem decreuit . ne matrone ultra trigesimum diem luctus suos extenderent . ut ab his Cereris sacra peragi possent .

quia maiore pene Romanarum virium parte in execrabili diro solo
iacente nulli penates expertes meroris erant. Itaque matres et
filie coniugesque ac sorores nuper interfectorum abstersis lacrimis
depositisque doloris insignibus candidam induere veste, et aris thura
dare coacte sunt. Qua quidem constantia obtinende religionis ce-
lestibus iniectus rubor ulterius adversus eam semendi gentem
que ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abstinueri potuerit;

de neglecta religione. c. 2.

Creditum est Varonem consulem apud Cannas cum Carthaginensibus
tam infeliciter dimicasse ob iram Iunonis quod cum ludos circenses
edilis faceret in Iovis maximi optimique templo eximia facie
puerum istrionem ad excubias tenendas posuisset. quod factum
post aliquot annos memoria repetitum sacrificio expiatum est.
Hercules quoque detracte religionis sue et gravem et manifestam
penam exegisse creditur. Nam cum potitii sacrorum ei ritum, quem pro dono
genti eorum ab ipso assignatum velut hereditarium obtinuerant,
ad humile servorum ministerium transtulissent auctore Appio cen-
sore omnes qui erant numero super. xxx. puberes intra annum ex-
tincti sunt. Nomenque potitium in . xii. familias divisum prope inte-
rit. Appius vero luminibus captus est.
Acer etiam sui numinis vindex Appollo qui Cartagine a Ro-
manis oppressa veste aurea nudatus. id egit ut sacrilege
manus inter fragmenta eius abscisse invenirentur
Brennus gallorum dux delphis Appollinis templum ingressus dei uo

luntate in se manus convertit. Nec minus efficax ultor contempte
religionis filius quoque eius Esculapius, qui consecratum templo suo
lucum a Turullio prefecto Antonii ad naves ei faciendas magna
ex parte succisum dolens inter nepharium ministerium, devictis
partibus Antonii, imperio cesaris morti destinatum Turullium manife
stis numinis sui viribus in eum lucum quem violaverat traxit. effecitque
ut ibi potissimum a militibus cesaris occisus eodem exitio et iam deversis
sis arboribus penas lueret, et adhuc superantibus impunitatem simulis
iniurie pareret, suamque venerationem quam apud colentes maximam
semper habuerat deus multiplicavit.

Quintus autem Fulvius Flaccus impune non tulit quod in censura tegulas
marmoreas ex iunonis lacinie templo in edem fortune equestris quam
rome faciebat transtulit. Negatur enim post hoc factum mente constitisse,
quin etiam per summam egritudinem animi expiravit. Cum ex duobus
filiis in Illirico militantibus alterum decessisse alterum audisset affectum.
Cuius casu motus senatus tegulas locris reportandas curavit. decretique
circumspectissima sanctitate impium opus censoris retexuit.

Tam me hercule quam postumii levinii Scipionis thesauro proserpine
spoliando sceleratam avaritiam iusta animadversione vindicavit.
cum enim eum victum roma pertrahi iussisset, et hic ante cause dictionem in
carcere teterrimo genere morbi consumptus esset, pecuniam dea sena
tus imperio et quidem summam duplicando recuperavit.

Que quoad publii levinii facinus pertinuit et bis a patribus conscriptis vin
dicata, quoad violentas regis pirri sordes attinuerat, se ipsa

potenter atque efficienter defendit. Coactis enim Locrensibus ex thesa-
uro ei magnam illi pecuniam dare, cum onustus nepharia preda
navigaret, vi subite tempestatis cum tota classe vicinis dee litoribus
illisus est. In quibus pecunia incolumis reperta sanctissimi the-
sauri custodie dee restituta est.

At non similiter Massinissa rex, cuius cum prefectus classis Me-
litam appulisset, et eque ex fano Junonis dentes eburneos exi-
mie magnitudinis sublatos ad eum pro dono attulisset, ut cognovit
unde essent advecti, quinqueremi reportandos Melitam in que tem-
plo Junonis collocandos curavit, insculptos gentis sue litteris
significantibus regem ignorantem eos accepisse, et libenter reddidi-
sse. Factum Massinisse animo quam punico sanguini conveniens. Quamquam
quid attinet mores natione perpendi? in media barbaria ortus
sacrilegium alienum rescidit.

Syracusis genitus Dionisius tot sacrilegia sua, quot iam cognoscimus,
iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit. Fano enim Proserpine
spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridens ami-
cis videtis ne ait, quam bona navigatio ab ipsis diis immortalibus tri-
buatur? Detracto etiam Jovi olympio magni ponderis aureo
amiculo, quo eum tirannus Hiero manubiis Cartaginensium ornaverat,
iniectoque ei laneo panno dixit: estate grave amiculum aureum
esse, hyeme frigidum, laneum autem ad utrumque tempus anni aptius.
Idem Epidauri Esculapio barbam auream demi iussit, quod affir-
maret Apollinem patrem imberbem et ipsum barbatum conspici non

oportere. Idem mensas argenteas et aureas e fanis sustulit. quod quia more greco in his erat bonorum deorum esse. ut se bonitate eorum predicavit. Idem victorias aureas et pateras et coronas que simulacrorum porrectis manibus sustinebantur tollebat. et eas se accipere non auferre dicebat. perquam stultum esse argumentando a quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere. Qui tamen et si debita supplicia non exsolvit, dedecore tamen filii mortuus penas rependit, quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. In quam ne incideret Thimasiteus lipparitanorum princeps consilio sibi atque universe patrie utili providit exemplo. Excepta namque in freto a civibus suis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, quam romani pythio apollini decimarum nomine dicaverant, incitato ad eam partiendam populo. ut comperit, a manibus venundantium ereptam eam delphos misit. et perferenda curavit.

De ominibus. c. 3.

Deiotaro vero regi omnia auspicato fere gerenti salutaris aquile conspectus fuit. qua visa abstinuit se ab eius tecti usu. quod nocte sequenti ruina solo equatum est.

Ominum etiam observatio aliquo contactu religionis innexa est. quia non fortuito motu sed divina providentia constare creditur. que effecit. ut urbe a gallis disiecta deliberantibus patribus conscriptis utrum veios migrarent, an sua menia restituerent, forte eo tempore presidio cohortibus redeuntibus, centurio in comitiis exclamavit. Signi

6

fer statue signu. hic optime manebis. Ea eiz uoce audita senat'
actipe se omen respondit. e uestigio q3 ueiios transeundi cosi-
liu3 obmisit. Q3 paucis uerbis de domicilio futuri summi ipij
co'firmata e' conditio. Credo indignu' dijs existimantib' psper-
rimis auspitijs romanu' nome' ortu3, uehientane urbis appel-
latione mutari, inclite q3 uictorie decus modo abiecte ruinis
urbis infundi.

Huius tam clari opis auctor Camillus cu' e'e't pcat', ut
si cui deo3 felicitas romana nimia uideretur, ei' inuidia suo
aliquo incomodo satiaret', subito lapsu decidit, Quod om'e
ad da'natione' qua postea oppressus e' pti uisse usu3 e'. Me-
rito au't inter se de laude uictoria 2 pia pcatio amplissimi
uiri ce'tauerunt. Eque eiz uirtus e' bona patrie auxisse, 2
mala i' se transfere uoluisse

Quid illud quod L. paulo Emilio consuli euenit? q3 me-
morabile? cu' eiz sorte euenisset, ut bellu3 cu' psa rege
gereret, 2 domu' e curia egressus filiola3 sua3 noi'e Tertia3
que tunc erat admodu' paruula osculatus, triste' animaduertisset
interogauit quid ita eo uultu e'e't. que respondit psa3 perisse.
decesserat au't catellus que' puella i' delitijs habebat nomi'e
persa'. arripuit igitur omen Paulus. ex q3 fortuito dicto q'
spe3 ce'ta3 clarissimi triumphi a'io psumpsit.

At Cecilia metelli uxor. du' soror's filie adulte etatis u'-
gini more pso nocte co'nubia nuptialia peteret, omen ipsa fecit

Nam cum in sacello quodam eius rei gratia aliquamdiu persedisset,
nec aliqua vox proposito congruens esset audita, fessa longa standi
mora puella rogavit materteram, ut sibi paulisper locum resi-
dendi accomodaret. Cui illa ego vero inquit libenter tibi meam
cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proces-
sit eventum. quoniam metellus non multo post mortua Cecilia, vir-
ginem de qua loquor in matrimonium duxit.

Gaio Mario autem observatio ominis procul dubio saluti fuit. Quo
tempore Marius hostis a senatu iudicatus, in domum Fannie Minturnensis
custodie causa deductus est. animadvertit eum cum pabulum asello
poneretur, eum neglecto pabulo ad aquam procurrentem. quo spectaculo
deorum providentia quod sequeretur oblatum, alioquin etiam inter-
pretandarum religionum peritissimus a multitudine que ad opem ei fe-
rendam confluxerat impetravit, ut ad mare perduceretur. ac pro-
tinus naviculam conscendit. eaque in Africam pervectus arma Sille vic-
tricia effugit.

Pompeius vero magnus in acie Farsalica victus a Cesare fuga
querens salutem, cursum in insulam Cyprum ut aliquid virium
in ea contraheret classem direxit. appellens que ad oppidum Pa-
phum conspexit in litore speciosum edificium. gubernatoremque in-
terrogavit quod nomen ei esset. qui respondit Cacobasilea
vocari. Que vox spem eius que quantulacumque restabat comminuit.
neque id dissimulanter tulit. avertit enim oculos ab illis tectis,
et dolorem quem ex diro nomine contraxerat, gemitu patefecit.

Marci bruti dignus admisso parricidio euentus omine designatus est. Siquidem post illud nefarium opus natalem suum celebrans, cum grecum uersum exprimere uellet, ad illud potissimum homeri cum referendum animo tetendit. [Greek verse]. Qui deus philippensi acie a cesare et antonio signo datus in eum tela conuertit.

Consentaneo uocis iactu C. Cassij aurem fortuna pepulit, que orantibus rodijs ne ab eo cunctis deorum simulacris spoliarentur, solem a se relinqui respondere uoluit, ut rapacissimi uictoris insolentiam uicti timore protraheret, abiectumque macedonica pugna non effigiem solis quam tantummodo supplicibus cesserat, sed ipsum solem re uera relinquere cogeret.

Annotatu dignum est illud quoque omen, sub quo petilius consul in liguria bellum gerens occiderit. Nam cum montem cui leto cognomen erat, oppugnaret, interque militum adortationem dixisset, hodie ego letum capiam, inconsideranti proeliando, fortuitum iactum uocis leto suo confirmauit.

Adiciam nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Samij prienensibus opem aduersus caras implorantibus arrogantia instincti pro classe et exercitu sibillam eis derisus gratia miserunt. Quam illi uelut diuinitus datum presidium interpretati libenter receptam uera fatorum predicatione uictorie ducem

Neque appolloniate quidem penitentiam egerunt. quam cum habuerunt bello Illirico pressi epidauros ut sibi opem ferrent orassent

Marcus brutus proditor cesaris post mortem eius ... antiquo ... homeri ... fuit ... bello ... ab augusto et anthonio

Cassius bruti socius in parricidio ... rodiorum ... imagines deorum ... ut aliquam effigiem illorum eis relinqueret ... soli ... ab augusto et anthonio ... est

Petilius consul ... in liguria ... dixit pugnando ... hodie letum capiam ... et ... est ... letum id est mortem

Prienenses gerentes bellum cum ciuitate carum imploraueront ... samijs ut prestaret sibi auxilium ... sibilla ... omine interpretati sunt ... ipsa sibilla uictores ...

Appolloniate gerentes bellum cum ... epidauris ... ab epidauris ... fluminis ... auxilium quod illi pro bono omine ... et uictoria obtinuerunt. Et ... appolloniad est ciuitas ... epidaurus ... uocabatur illa ciuitas que hodie dicitur duratium.

atque illi flumine vicinum menib' suis noie caute in adiutorium eorum sese mittere dixissent, accipimus quod datur responderunt. et que in acie locum pugne ac duci assignarunt. Ex insperato enim superatis hostib' successum suum omini accepto referentes. et tunc santi ut deo immolaverunt. Et deinceps omnib' prelijs uti duce instituerunt.

de prodigijs. c. 4.

Prodigiorum quoque que aut secunda aut aduersa acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

Servio tullio etiam tunc paruulo dormienti circa caput flammam emicuisse, domesticorum oculi annotaverunt. quod prodigium Anci marci regis uxor Tanaquil admirata, servum natum in modum filij educavit. et ad regium fastigium evexit.

Eque felicis euentus illa flamma que ex l. Marci duas duorum exercituum, quos interitus p. et Gn. Scipionum in ispania debilitaverat, capite contionantis eluxit. Namque eius aspectu pavidi adhuc milites pristinam recuperare fortitudinem admoniti viii. et xxx milibus hostium cesis, magno quoque numero in potestate redacto bina castra punicis opib' referta ceperunt.

Item cum bello acri et diutino veienses a Romanis intra menia compulsi capi non possent, eaque mora non minus obsidentibus quam obsessis intollerabilis videretur, exoptate victorie iter miro prodigio dij immortales patefecerunt. Subito enim lacus alban' neque celestib' auctus imbrib', neque inundatione alicuius

amnis auctus solitum stagni modum excessit. Cuius rei explorande
gratia legati ad delphicum oraculum missi retulerunt precipi
sortibus ut aquam eius lacus per agros emissam diffunderent. Sic
enim Veios in potestatem populi romani venturos. Quod prius
quam legati renuntiarent, aruspex Vehyensium a milite nostro
quia domestica interpretes deerant raptus et in castra perlatus
futurum dixerat. Senatus ergo duplici predictione munitus eodem
pene tempore et religioni paruit et hostium urbe potitus est.

Nec est parum quod posteri successus sequitur. L. Silla consul
sotiali bello, cum in agro nolano ante pretorium immolaret su
bito ab una parte are prolapsam anguem conspexit. Qua visa po
stumii aruspicis hortatu continuo exercitum in expeditionem duxit
ac fortissima Samnitum castra cepit. Que victoria future eius glorie
et amplissime potentie gradus et fundamentum extitit.

Precipue admirationis etiam illa prodigia que P. Volumnio et
Servio Sulpitio consulibus in urbe nostra inter initia motus bellorum
civilium acciderunt. Bos namque mugitu suo in sermonem converso hu
manum novitate monstri audientium animos conterruit. Carnis quoque
in modum nimbi dissipate partes ceciderunt, quarum maiorem nu
merum prepetes diripuerunt aves. Reliquum humi per aliquot dies
neque odore tetro neque deformi aspectu mutatum iacuit.

Eiusdem generis monstra alio tumultu credita sunt. Puerum
infantem semestrem in foro boario locutum, alium cum elephantino
capite natum. In Piceno lapides pluisse. In Gallia lupum vigili e

[Margin note, right:] Samnites fuerunt multi populi et fortes quorum caput et fundamentum fuit civitas beneventana contra quos Roma pugnavit bene per quadraginta annos.

[Margin note, left:] nam post victos per eos marianos effectus est dictator perpetuus et vocatus est Silla felix

uagina gladiũ abstulisse. In sardinia scuta duo sagnine sudasse.
Etiã metentib[us] cruentas spicas i corbē decidisse. Celites
aquas inmistas sagnĩe fluxisse. Bello etiã punico secundo
constitit .G. domitio bouẽ dixisse / caue t[ibi] roma.

Gaius aũt flaminẽ[us] cũ in auspicato cõsul creat[us] apud
Transimenũ lacũ cũ anibale conflictur[us] / cõuelli signa in
beret / lapso equo sup[er] caput ei[us] humi pstrat[us] ẽ. nichil q[ue]
eo pdigio inibit[us] signiferis negantib[us] signa moueri sua
sede posse malũ nisi ea cõtinuo effodissent minat[us] ẽ. sed
hui[us] temeritatis utinã tm̃ / nõ etiã ppli romani maxima
clade penas pependisset. In ea nãq[ue] acie .xv. romanoꝝ
cesa / vi. capta / xx. fugata sunt. Consulis obtruncati cõpus
ad funerandũ ab anibale ẽ quesitũ. qui quantũ i ipso fue
rat / romanũ sepellierat impiũ.

Flaminei autẽ pcipitẽ audaciã .G. hostili[us] mancin[us] uesana
pseuerantia subsequit[ur]. Cui consuli i ispaniã ituro hec pdi
gia acciderunt. Cũ eñ lanini sacrificiũ facẽ uellet / pulli
e cauea emissi i pximã siluã effugiunt. summa q[ue] diligẽtia
quesiti repiri nequiuerunt. Cũ ab hẽculis põtu quo pedi
bus puenerat / nauẽ cõscenderet / talis uox sine ullo auctoẽ
ad aures ei[us] puenit. Mancine mane. qua territ[us] cũ itinere
cõuerso ianuã petisset / 2 ibi scafã ẽẽt ingressus / anguis
eximie magnitudinis uisus e cõspectu abijt. Ergo pdigioꝝ
nũo nũm calamitatũ equauit / i felici pugna / turpi federe /

deditione funesta. Nō. sterum macinū fecisse pacē cū numātinis ...

Minus mira in hoīe parū considerato temeritatē Tiberij gracchi grauiss̄i ciuis tristis exit⁹ 2 prodigio denūptiatus, nec euitat⁹ cōsilio facit. Consul ei cū in lucanis sacrificass̄, angues due ex occulto ꝑlapse repente, hostie quā ymolauerat amēso iecore, ī easdē s̄ latebras cōiecerunt. ob id deinde factū instaurato sacrificio idē ꝓdigiū euenit. Tertia quoqꝫ cesa uictima, 2 extis diligent⁹ obseruatis neqꝫ lapsus serpentū arceri neqꝫ fuga impediri potuit. quod quāuis aurūspices ad salutē impatoris ꝑtinere dixissent, Grachus tamē nō cauit, ne ꝑfidi hospitis sui flauij insidijs ī eū locū deduct⁹, ī quo dux penoꝝ magna cū armata manu deli tuerat, inermis occideret.

Et consulat⁹ collegiū 2 errorīs societas 2 par gen⁹ mortis a Tibero Graccho ad Marcelli memoriā me trahit. Is eū captaꝝ Siracusaꝝ, 2 anibalis an̄ Nolā menia a se p̄mū fugē coacti gl̄ia īflāmat⁹ cū sūmo studio niteret̄, ut penoꝝ exercitū aut ī italia prosterneret aut italia ꝑelleret. sollēniqꝫ sacrificio uolūtates deoꝝ exploraret. que p̄ma hostia an̄ focūlū occidit, ei⁹ iecur sine capite inuentū est, ꝓxima caput iecoris duplex habuit. quib⁹ inspectis aruspex tristi uultu nō sibi placē exta, q̄ p̄ma trunca, secunda leta apparuissent respondit. Ita monit⁹ Marcellus, ne quid temere conaretur, ī sequenti nocte speculandi gr̄a, cū

.I.

paucis egredi ausus a multitudine hostium in bruttiis circumuentus

eque magnum dolorem ac detrimentum patrie interitu suo attulit.

Nam octauius consul dirum omen quemadmodum timuit, ita euitare non potuit. e simulacro enim apollinis per se abrupto capite & ita infixo humi ut euelli nequiret, armis cum collega suo Cinna dissidens presumpsit a deo ea re significari exitium suum. In quem metus augurii tristi fine uite incidit. At tum demum inmobile dei caput refigi potuit terra.

Non sinit nos M. Crassus inter grauissimas romani imperii iacturas numerandus hoc loco, silentium agere. plurimis & euidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus rebus, ductus erat a charris aduersus parthos exercitum. pullum ei traditum est palludamentum, cum in prelium exeuntibus album aut purpureum dari soleat. Mesti & taciti milites ad principia conuenerunt, qui uetere instituto cum clamore alacri occurrere debebant. Aquilarum altera uix conuelli a primipilo potuit. Altera egerrime extracta in contrarias ferebatur partes ac se ipsam conuertit. magna hec prodigia. sed & ille clades aliquanto maiores. tot pulcerrimarum legionum interitus, tam multa signa hostium interceptam manibus, tantum romane militie decus barbarorum obrutum equitatu, optime indolis filii cruore patri respersi oculi. Corpus imperatoris inter promiscuas cadauerum strues ferarum auium que laniatibus obiectum. Velles quidem placidius, sed quod relatum uerum est. Sic dii spreti excandescunt. sic humana co

silia castigantur . ubi se celestibus preferunt.

Gneum etiam Pompeium Iupiter omnipotens monuerat habunde,
ne cum G. Cesare ultimam belli fortunam experiri contenderet. Egresso
a Durachio adversa fulmina eius agmini iaciens, examinibus
apum signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis,
nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga.
Sed invicte leges necessitudinis, pectus alio quin ab amentia re-
motum, prodigia ista iusta extimatione perpendere passe non sunt. Itaque
ille auctoritatem amplissimam et opes privato fastigio excelsiores
omniaque ornamenta que ab ineunte adolescentia ad invidiam usque con-
traxerat, spatio unius diei confregit. Quo die constat in delubris
deum sua signa conversa. Militarem armorum clamorem strepitumque armorum
a deo magnum Anthiochie et Ptholomaide auditum ut in muros
concurreret. Sonum timpanorum Pergami abditis delubris editum.
palmam viridem Trallibus in ede Victorie sub Cesaris statua inter
coagmenta lapidum iuste magnitudinis enatam. quibus apparet cele-
stium numen et glorie Cesaris favisse, et Pompei errorem inhibere voluisse.

Tuas aras tuaque sanctissima templa dive Iuli veneratus oro,
ut propitio et faventi numine tantorum casus virorum sub tui exem-
pli presidio ac tutela delitescere patiaris. Te enim accepimus eo
die quo purpurea veste velatus aurea in sella consedisti, ne
maximo studio senatus exquisitum et delatum honorem sprevisse
videris, priusquam exoptatum civium oculis conspectum tuum offerres,
cultui religionis in quam mox eras transiturus vacasse, mactato

p[er]simo [petrinum] Ioue cor in extis [non] repp[er]isse. ac tibi responsum a Spurinna aruspice p[er]tinere id signum ad consilium et uitam tuam, q[uod] utraq[ue] hoc corde contineretur. Erupit [emanauit] deinde eorum parricidium qui dum te hominum numero subtrahere uolunt, deorum concilio adiecerunt.

Claudat[ur] hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio. ne si ulterius apprehendero romana de celesti [Iulii] templo ad priuatas domos non consentaneos usus transtulisse uidear. Attinga[m] igit[ur] externa que latinis litteris inserta, ut autoritatis minus habent [romana], ita aliquid grate uarietatis afferre possunt.

In exercitu xerxis quem aduersus prouinciam grecie contraxerat, eque partu leporem constat editum. quo genere monstri tanti apparatus e[st] significatus euentus. Nam qui mare classibus, terram pedestri operuit exercitu, ut fugax animal pauido regressu regnum suum repetere e[st] coact[us].

Odem monte atho iuxta ydam [silua] regresso prius q[uam] athenas deleret, inuadende lacedemonis consilium agitanti, admirabile inter cenam [dum cenaret] prodigium incidit. Infusum namq[ue] pathere ei[us] uinum in sanguinem non semel s[ed] iterum et tertio conuersum e[st]. Qua de re consulti magi [augures] monuerunt ut se ab incepto proposito abstineret. Et si quid uestigium in uecordi pectore sensus fuisset, cauere potuisset ante de leonida [duce lacedemoniorum] et spartanis habunde monit[us].

Mide uero cuius imperio frigia fuit subiecta puero dormienti formice in os grana tritici congesserunt [adunauerunt]. parentibus deinde ei[us] quorsum prodigium tenderet explorantibus augures responderunt,

omnium

omnium illum mortalium ditissimum futurum. non vana predictio extitit. Nam Midas cunctorum pene regum opes abundantia pecunie antecessit. infantie que incunabula utili deorum munere donata onustis auro et argento gazis pensavit.

Formicas Mide iure merito que apes platonis pretulerim. Ille enim caduce et fragiles. he solide et eterne felicitatis indices extiterunt dormientis in cunis parvuli labellis mel inserendo. Qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii suavitatem ore eius emanaturam dixerunt. At michi quidem ille apes non montem hymettium thimi flore redolentem, sed musarum eliconios colles omni genere doctrine virentes dearum instinctu depaste maximo ingenio dulcissima summe eloquentie instillasse videntur alimenta.

Elicon est quidam mons musis consecrata.

Mons Imetius est mons habundans apibus et herbis et floribus quibus libenter apes pascuntur.

de somniis. c. 5

Sed quoniam divitias Mide dilectum que somnium platonis attigi. referam quam certis ymaginibus multorum quies adumbrata sit. que loci unde potius ordiar quam a divi augusti sacratissima memoria? Eius medico arthorio somnum capienti, nocte quam dies insecutus est quo in campis philippicis romani inter se exercitus concurrerunt minerve species oborta precepit ut illum gravi morbo implicatum moneret ne propter adversam valitudinem proximo prelio non interesset. quod cum Cesar audisset lectica se in aciem ferri iussit. ubi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat. castra eius a bruto capta sunt. Quid ergo putamus nisi divino numine effectum ne destinatum

Nota hic bellum anthonii et augusti contra brutum et cassium.

.I.

uix immortalitati caput indignam celesti spiritu fortune uiolentiam sentiret.

Augustum uero preter naturalem eius in omnibus rebus sub-
tiliter prospiciendis uigorem et recens et domesticum exemplum
ut Arthorii somnio obtemperaret admonuit. Audierat
enim diui Iulii patris sui uxorem Calfurniam noctem quam is ultimam
in terris egit inquiete dormisse, multis eum confectum uulneribus
in sinu suo iacentem. Somnii quoque atrocitate uehementer attonitam
rogare non destitisse, ut proximo die a curia se abstineret. At
ille ne muliebri somnio motus id fecisse extimaretur, senatum in
quo ei parricidarum manus illate sunt adire contendisse. Non est inter
patrem et filium ullius rei comparatio fienda, presertim diuinitatis fa-
stigio iunctos. Sed iam alter sibi operibus suis aditum ad celum instru-
xerat, alteri longus adhuc terrestrium uirtutum orbis restabat.
Quapropter ab hoc tantummodo pendentem mutationem status cognosci,
ab illo etiam dii immortales deferri noluerunt, ut aliud celo decus
daret, aliud promitteret.

Illud etiam somnium et magne admirationis et clari exitus, quod
eadem nocte duo consules, P. Decius et T. Mallius Torquatus latino bel-
lo periculoso et graui non procul Vesei montis radicibus positis castris
uiderunt. Utrique enim per quietem species quedam predixit. Ex altera
acie imperatorem, ex altera exercitum diis manibus matrique terre
deberi. Utrius autem dux copias hostium aggrederetur, seseque ipsum
super ipsas deuouisset uictoriam habiturum. Id luce prima consu-
libus ut expiaturis si posset auerti, uel si certum deorum etiam mo-
nitu uisum foret executuris, hostiarum exta somnio congruerunt.

Conuenitque inter eos cum cornu primo laborare cepisset ut is ca-
pite suo fata patrie lueret que neutro formidante decium poposcerunt.

Sequitur eque ad publicam religionem pertinens somnium. Cum plebeis
ludis quidam pater familias per circum flaminium seruum suum pompa
induceret seruum suum uerberibus multatum sub furcha ad suppli-
cium egisset latino homini ex plebe iuppiter in quiete precepit ut
consuli diceret sibi presultorem ludis circensibus proximis non
placuisse que res nisi attenti ludorum instauratione expiata esset
secuturum non mediocre urbis periculum. Ille ueritus ne cum aliquo in-
commodo suo religione summum imperium implicaret silentium egit.

Et filius eius subita ui morbi correptus periit.

Ipse etiam per quietem ab eodem deo interrogatus an satis magnam penam
neglecti imperii sui pependisset in proposito perseuerans debilitate
corporis solutus est. At tum demum ex consilio amicorum lectica ad
tribunal consulum et inde ad senatum perlatus ordine totius casus
sui exposito magna cum omnium admiratione recuperata mem-
brorum firmitate pedibus rediit domum.

Ac ne illud quidem inuoluendum silentio. Inimicorum conspiratio-
ne urbe pulsus M. Cicero cum in uilla quadam campi arthinati
diuersaret is animo in somnum profuso per loca deserta et inuias re-
giones uaganti sibi C. Marium consulatus ornatum insignibus
putauit obuium factum interrogantem eum quid ita tristi
uultu incerto itinere ferretur. Audito deinde casu quo
conflictabatur comprehendisse dextram suam ac se proximo
lictori in monumentum ipsius deducendum tradidisse quod diceret

ubi ẽẽ letiorē stat⁹ spes reposita. Nec aliter euenit. Nã ĩ ede Jouis mariana senat⁹ cõsultũ de reditu ei⁹ factũ est.

Gaio aut Graccho iminentis casus atrocitas palã atq; apte p quietẽ denuptiata ẽ. Sono eñ psllus Tiberij Gracchi fris effigiẽ uidit dicentis nulla ratione eũ uitare posse, ne eo fato nõ periret quo ipse occidisset. Id ex Graccho prius qͣ tribunatũ ĩ quo fraternũ exitũ habuit iniret, multi audierunt. Celi⁹ etiã cẽtus romane ystorie auctor semonẽ de ea re ad suas aures illo adhuc uiuo puenisse scribit.

Uincit huiusce somnij dirũ aspectũ quod sequit̃. Apud actiũ montẽ. M. Antonij fractis opib⁹ Cassi⁹ parmensis qui partes ei⁹ secut⁹ fuerat, athenas confugit. Ubi concubia nocte cũ solitudinib⁹ ⁊ curis mente sopita ĩ lectulo iaceret existimauit ad se hoĩẽ ingentis magnitudinis coloris nigri squalidũ barba ⁊ capillo demisso. Interogatũq; quĩ ẽẽt, respondisse, kacodemonã. pterrit⁹ deinde tetro uisu ⁊ nomine hõrendo suos clamauit. sciscitatusq; est siquẽ tales habit⁹ aut intrantẽ cubiculũ aut exeuntẽ uidissent, quibus affirmantib⁹ neminẽ illuc accessisse. Iterũ se quieti ⁊ sono dedit. atq; eadẽ aĩo ei⁹ obuersa ẽ spẽs. Itaq; fugato sono lumẽ intro ferri iussit. puerosq; a se discedere uetuit. Inter hanc noctẽ ⁊ suppliciũ quo capitis eũ Cesar affecit paruulũ ad modũ tempus intercessit.

Propriorib⁹ tñ ut ita dicã lineis Aterij Rufi equitis romani somniũ cẽto euentu admonitũ est. qui cũ gladiatorũ mun⁹

Siracusis ederetur inter quietem retiarii se manu confodi ui
dit. id quod postero die in spectaculo consessoribus narrauit. Incidit
deinde ut proximo ab equite loco Retiarius cum Mirmulione intro
duceretur. cuius cum faciem uidisset, idem dixit ab illo retiario se
trucidari putasse. protinusque inde discedere uoluit. Illi sermone
suo metu eius discusso causam exitii misero attulerunt. Retiarius
enim in eum locum compulso Mirmulione et abiecto dum iacentem
ferire conatur traiectum gladio aterium interemit.

Hanibalis quoque ut detestandum romano sanguini ita certe
prodigiosus sompnium, cuius non uigilie tantum sed etiam ipsa quies hosti
lis imperio nostro fuit. hauserat enim proposito et uotis suis conue
nientem ymaginem. existimauit quod sibi missum a Joue mortali
specie excelsiorem iuuenem inuadende italie ducem. cuius monitu
primo uestigia nullam in partem secutus oculis. mox humani inge
nii prona uoluntate uetita scrutandi prope respiciens animad
uertit inmense magnitudinis serpentem concitato impetu omne
quicquid obuium fuerat proterentem. Posteaque eam magno cum celi fragore
erumpentes nimbos lucemque caliginosis inuolutam tenebris. Atto
nitus deinde quidnam esset monstri et quid portenderet interroga
uit. hic o dux italie uides inquit uastitatem. proinde sile
et cetera tacitus permitte fatis.

Quam bene Macedonie rex Alexander per quietem uisa ymagine
premonitus erat ut uite sue custos esset diligentior, si eum
cauendi etiam periculi consilio fortuna instruere uoluisset. Namque

Casandri pestiferam sibi dextram prius quam experiri sensit somnio cognovit.
Existimavit enim se ab illo interfici, cum eum numquam vidisset. Inter-
posito deinde tempore, postquam in conspectum venit, nocturni metus
patefacta ymagine, ut Antipatri filium esse cognovit, adiec-
to versu greco qui fidem somniorum elevat, preparati iam adversum
caput suum veneficii, quo manu Cassandri occidisse creditur,
suspitionem animo repulit.

Longe indulgentius egerunt se dii in Simonide poeta. cuius
salutarem inter quietem admonitionem consilii firmitate roborarunt.
Is enim cum ad litus navem appulisset inhumatumque corpus iacens
repperisset et id sepulture mandasset, admonitus ab eo per
somnium ne proximo die navigaret in terra remansit. Qui
inde solverant fluctibus et procellis in eius conspectu obruti sunt.
Ipse letatus est quod vitam suam somnio quam navi credere maluisset.
et memor beneficii elegantissimo carmine eternitati consecra-
vit melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum consti-
tuens quam quod in desertis et ignotis harenis struxerat.

Efficax et illa quietis ymago que Cresi regis animum maximo
prius metu deinde etiam dolore confecit. Nam e duobus filiis inge-
nii agilitate et corporis dotibus prestantiorem imperiique successioni
destinatum Athin existimavit ferro sibi ereptum. Itaque quicquid
ad evitandam denuntiande cladis acerbitatem pertinebat nul-
la ex parte patria cura cessavit avertere. Solitus erat
iuvenis ad gerenda bella mitti. domi retentus est. Habebat

armamentarium omnis generis telorum copia refertum . id admoveri
iuxta . comitis gladio communibus utebatur . vetiti sunt propius accedere .
Necessitas aditum luctui dedit . Cum enim ingentis magnitudinis
aper olimpi montis culta crebra cum agrestium turba vastaret
inusitatoque malo regium imploratum esset auxilium filius a
patre extorsit ut ad eum opprimendum mitteretur , eo quidem
facilius quod non dentis sed ferri sevitia in metu reponebatur . Verum
dum acri studio interficiendi suem omnes sunt intenti , pertinax
casus imminentis violentie petende fere gratia lanceam missam
in eum detorsit . et quidem eam potissimum dextram nepharie cedis vo
luit crimine aspergi . cui tutela filii a patre mandata erat . quam
Cresus impudentis homicidii sanguine violatam hospitales veri
tus deos supplici sacrificio expiavit .

Ne Cirus quidem superior inevitabilis necessitatis parvulum ar
gumentum est . cuius ortus ad imperium totius asie aspectantis ma
ternus avus Astiages duos prenuntios somnium frustra discutere
temptavit . Mandanem filiam suam quod inquiete viderat urina eius
omnes asiaticas gentes inundare , non medorum excellentissimo
ne in eius familiam regni decus transferretur , sed persarum modice
fortune viro collocando , natumque cirum exponi iubendo quod simili
quietis temporibus extimaverat genitali parte Mandanes natam vitem
eo usque crevisse donec cunctas dominationis sue partes umbra
ret . frustratus est enim se ipse , nepotis felicitatem celestium
iudicio destinatam , humanis consiliis impedire conando .

Nota necessitatem fatorum

Ultra priuatũ autẽ habitũ dionisio tirãno siracusano adhuc se continente hymera quedã nõ obscuri gn̄is femina inter quietẽ opinione sua celũ cõscendit. atq; ibidẽ deorum omniũ lustratis sedib; animaduertit uirũ p̄ualentẽ flaui coloris lentiginosi oris ferreis catenis uinctũ, iouis solio pedib; q; subiectũ. Interogato q; iuuene quo gratia lustrandi celi duce fuerat usa, quisnã ẽẽt. audiuit illũ sycilie atq; ytalie dirũ ẽẽ fatũ. solutũ q; uinclis multis urbib; exitio futurũ. quod somniũ postero die sermone uulgauit. Postq; deinde dionisiũ inimica siracusarum libertati capitibusq; i sontium infesta fortuna, celesti custodia liberatũ, uelut fulmẽ aliqđ otio et tranquillitati iniecit. hymera eum menia inter effusam ad officiũ et spectaculũ ei᷑ turbam intrantẽ ut aspexit, hũc ẽẽ quẽ inquiete uiderat uociferata ẽ. id cognitũ tirãno curam tollende mulieris dedit.

Mutioris somnij mater eiusdem dionisij. que cũ eũ conceptum utero haberet, uisum est parere sathiriscũ. Consulto q; prodigiorum interprete clarissimum et potentissimũ graij sanguinis futurum certo cũ euentu cognouit.

At cartaginensium dux amulcar cũ obsideret siracusas inter somnium exaudisse se uocẽ credidit nuntiantem futuro ut proximo die i ea urbe cenaret. letat; igitur p̄ inde ac diuinitus p̄missa uictoria, exercitũ pugne comparabat i quo inter siculos et penos orta dissentione, siracusani castris

eius subita irruptione oppressis, ipsum intra menia sua vinctum protraxerunt. Itaque magis spe quam somnio deceptus cenavit Syracusis captivus, non ut animo presumpserat victor.

Alcibiades quoque miserabilem exitum non fallaci nocturna ymagine speculatus est. quo enim pallio amice dormiens opertum se viderat, eodem interfectus et insepultus iacens contectus est. Proximum somnium et si paulo est longius, propter nimiam tamen evidentiam ne obmittatur impetravit.

Duo familiares archades Megeram venerunt. quorum alter se ad hospitem contulit, alter in tabernam meritoriam divertit. Is qui in hospitio erat vidit in somnis comitem suum orantem ut sibi cauponis insidiis circumvento opem ferret. posse enim celeri eius accursu se iminenti periculo liberari. quo viso excitatus prosiluit. tabernamque in qua diversatur is petere conatus est. pestifero deinde fato eius humanissimum propositum tamquam supervacuum damnavit. et lectum ac somnum repetiit. tunc idem ei saucius oblatus obsecravit. ut qui vite sue auxilium ferre neglexisset, neci saltem ultionem non negaret. Corpus enim suum a caupone trucidatum tum maxime plaustro ferri ad portam stercore coopertum. tam constantibus familiaris precibus compulsus protinus ad portam cucurrit. et plaustrum quod in quiete demonstratum erat comprehendit. cauponemque ad capitale supplicium perduxit.

De miraculis. c. 6.

Multa etiam interdum et vigilantibus acciderunt perinde ac tenebrarum somnii nube involuta. que quia unde manaverint aut

qua ratione constiterint dignoscere arduum est, miracula merito
uocentur. Quorum e magno aceruo illud in primis occurrit. Cum apud
lacum regillum. Paulus postumius dictator et tusculanorum dux Emi
lius octauius magnis uiribus inter se concurrerent, ac neutra aci
es pedem aliquamdiu referret, Castor et Pollux romanorum partium
pugnatores uisi, hostiles copias penitus confuderunt.

Item bello macedonico Paulus dutinus reatine uir prefecture
noctu urbem petens extimauit duos iuuenes excellentis forme
albis equis residentes obuios sibi factos nuptiare die qui prete
rierat, persam regem a paulo captum. Qui cum senatui indicasset,
tamquam maiestatis eius et amplitudinis uano sermone contemptor in
carcerem coniectus, postquam pauli litteris illo die persam captum appa
ruit, custodia liberatus et insuper agro et uacatione donatus est.

Castorem uero et pollucem etiam illo tempore pro imperio populi romani
excubuisse cognitum est, quo apud lacum Iuturne suum equorumque
sudorem abluisse uisi sunt. Iunctaque fonti edes eorum nullius hominum
manu reserata patuit.

Sed ut ceterorum quoque deorum perpensum huic urbi numen exe
quamur, triennio continuo uexata pestilentia ciuitas nostra,
cum finem tanti et tam diutini mali neque diuina misericordia neque
humano auxilio imponi uideret, cura sacerdotum, inspectis libris
animaduertit non aliter pristinam recuperari salubritatem posse,
quam si ab Epidauro Esculapius esset accersitus. Itaque eo legatis missis
unicam fatalis remedii opem auctoritate sua, que iam in terris

erat amplissima impetraturam se credidit. neque eam opinio
fefellit. pari namque studio petitum ac promissum est presidium.
E vestigio que Epidaurii romanorum legatos in templum Esculapii
quod ab eorum urbe quinque milibus passuum distat perductos, ut
quicquid salubre inde patrie laturos se existimassent pro suo iu-
re sumerent benignissime invitaverunt. quorum tam promptam
indulgentiam numen ipsius dei subsecutum verba mortalium cele-
ri comprobavit obsequio. siquidem is anguis quem Epidaurii ra-
ro sed numquam sine magno ipsorum bono visum in modum Esculapii ve-
nerati fuerunt per urbis celeberrimas partes mitibus oculis et
leni tractu labi cepit. Triduo que inter religiosam omnium ad-
mirationem conspectus haud dubiam pre se appetite clarioris sedis
alacritatem ferens ad triremem romanam perrexit. paventibusque
inusitato spectaculo nautis eo conscendit ubi Q. Ogulnii legati
tabernaculum erat atque legati perinde atque exoptate rei compotes
expleta gratiarum actione cultuque anguis a peritis accepto leti
inde solverunt. At prosperam emensi navigationem postquam An-
tium appulerunt. anguis qui ubique in navigio remanserat
prolapsus in vestibulo edis Esculapii myrtus frequentibus
ramis diffuse super imminentem excelse altitudinis palmam cir-
cumsedit. perque tres dies positis quibus vesci solebat non sine
magno metu legatorum ne inde in triremem reverti nollet
Antiensis templi hospitio usus, urbi se nostre advehendum
restituit. atque in ripam tiberis egressis legatis in insulam ubi

templū dedicatū est tranatauit. aduentuque tēpestatē cui reme-
dio quesitus erat, dispulit.

Nec minus uoluntarius in urbē nostram iunonis transitus, capti
a furio camillo veiis, milites iussu imperatoris simulacrum
iunonis monete quod ibi colebatur in urbē translaturi sede
sua mouere conabantur. quorum ab uno per iocū interogata dea
an romā migrare uellet. uelle se respondit. hac uoce audita
lusus in admiratione uersus est. iamque nō simulacrū sed ipsam celo
iunonē petitā se portare credentes, leti in ea parte montis auē-
tini in qua nūc templum eius cernimus collocauerunt.

al' propria religione cultum erat

Fortune etiā muliebre simulacrum, quod est latina uia ad quar-
tum miliarium eo tempore cū ede sua cōsecratum, quo coriolanū
ab excidio urbis matrone preces repulerunt, nō semel sed bis
locutū cōstitit prius hiis uerbis, rite me matrone uidistis riteque dedicastis.

Valerio autem publicola cōsule qui post exactos reges bellū cum
veientibus et etruscis gessit illis tarquinios in imperium restituē-
romanis nuper partam libertatē retinere cupientibus. etruscis et
tarquiniis in cornu dextro superioribus tantus teror subito incessit
ut nō solū uictores ipsi profugerent, sed etiā pauoris sui cōsortes
secū veyenses traherent. cuius rei per argumēto miraculū dicitur.
Ignes repente nocte ex proxima silua arsia que ore siluani in hunc
fere modū emissa traditur, vno plus etrusci cadet, romanus exer-
citus uictor abibit. mirā dicti fidē digesta numero cadauera exhibuē-

Quid martis auxiliū. quo uictoria romanorum adiuuit. Nonne

memoria celebrandum est. Cum brutii atque lucani odio incitatissimo
maximisque viribus urbis Tyberine exitium peterent. ac pari
studio eius incolumitatem C. fabricius luscinus consul protegeret, res-
que ancipiti eventu collatis unum in locum utriusque partis copiis ge-
reretur, non audentibus romanis prelium ingredi, eximie magnitu-
dinis iuvenis primus eos hortari ad capescendam fortitudinem cepit.
deinde ut tardiores animadvertit, arreptis scalis per mediam ho-
stium aciem ad contraria castra evasit et admotis vallum conscendit.
Inde voce ingenti clamitans factum victorie gradum et nostros ad
aliena castra capienda et lucanos brutiosque ad sua defendenda
illuc traxit. Ubi conferti dubio cetamine terebantur. Sed idem
impulsu armorum suorum prostratos hostes iugulandos capiendosque
romanis tradidit. viginti enim milia cesa. quinque milia cum Sta-
tio Statilio duce utriusque gentis et tribus atque viginti militaribus
signis capta sunt. Postera die cum consul inter honorandos quorum
strenua opera fuerat usus vallarem coronam ei se servare dixisset
a quo castra erant oppressa, nec inveniretur qui id premium pete-
ret, cognitum pariter atque creditum est martem patrem tunc populo
suo affuisse. Inter cetera huiusce rei manifesta inditia
galea quoque duabus instinta pinnis, qua celeste caput tectum
fuerat argumentum prebuit. Itaque fabricii edicto suppli-
catio marti est habita. et a laureatis militibus magna cum
animorum letitia oblati auxilii testimonium ei traditum est.

Referam nunc quod suo seculo cognitum manavit ad posteros

penetrales deos Eneam troia aduectos lauinii collocasse. Inde ab ascanio filio albam quam ipse condiderat translatos pristinum sacrarium repetisse. Et quia humana manu factum extimari poterat, relatos albam uoluntatem suam altero transitu significasse. Nec me preterit de motu et uoce deorum immortalium humanis oculis auribusque percepto quam in ancipiti opinione extimatio uersetur. sed quia non noua dicuntur, ymo tradita repetuntur, fidem auctores uendicent. et nostrum sit inclitis literis monumentis consecrata perinde ac uana non refugisse.

Facta mentione urbis e qua primordia ciuitas nostra traxit, diui Iulii fausta proles eius se nobis offert, quem C. Cassius numquam sine prefatione publica parricidii nominandus, cum in acie philippensi ardentissimo animo perstaret, uidit humano habitu augustiorem purpureo palludamento amictum, minaci uultu et concitato equo in se impetum facientem. quo aspectu perterritus tergum hosti dedit, uoce illa prius emissa: quid enim amplius agam si occidisse parum est? non occideras tu quidem Cassi Cesarem. Neque enim extingui ulla diuinitas potest. sed mortali adhuc corpore utentem uiolando meruisti, ut tam infestum haberes deum.

Iam quoque lucius Lentulus litus prenauigans, in quo gn. pompei magni perfidia ptholomei regis interempti corpus concise scafe lignis comburebatur, ignarus casus eius, cum ipsi fortune erubescendum uidisset rogum, commilitonibus dixit: quid scimus an hac flamma gneus pompeius crematur? diuinitus misse uocis miraculum est. atque hoc non est quidem hominis set ex casu;

Illud tamen ore apollinis editum est, quo appii interitum
ueridica phithie uaticinationis fides probauit. Is bello ciuili
quo se gneus pompeius a cesaris concordia pestifero sibi nec rei
publice utili consilio eruipat, euentum grauissimi motus explorare
cupiens, uiribus namque imperii achaye antistitem delphice cortine in
intimam sacri specus partem uegit descendere, unde ut certe consu
lentibus sortes petuntur, ita nimius diuini spiritus haustus petentibus
pestifer extitit. Igitur impulsu capti numinis instincta uirgo
horrendo sono uocis appio inter obscuras uerborum ambages fata
cecinit. nichil tua inquit ad te hoc romane bellum. Euboice cella
obtinebis. At is ratus consiliis se apollinis moneri, ne illi discrimi
ni interesset, in eam regionem secessit, que inter ramnunta nobilem
achaia solum partem carastum et calchidio freto uicinam interiacens celle
euboye nomen obtinet. Ubi ante pharsalicum certamen morbo consumptus
predictum a deo locum sepultura possedit.

Possunt et illa miraculorum loco poni, quod deusto sacrario saliorum
nichil in eo preter lituum romuli integrum repertum est, quod Servii Tullii
statua cum edes fortune flagrasset inuiolata permansit, quod Quinte
Claudie statua in uestibulo templi matris deum posita, cum ea ede bis
incendio consumpta prius Nasica publio scipione et L. bestia iterum
M. seruilio et L. lamia consulibus in sua basi flammis intacta stetit.

Aliquid admirationis ciuitati nostre et illius etiam Auole rogus
attulit. qui a medicis et a domesticis mortuus creditus, cum aliquamdiu
humi iacuisset elatus postquam corpus eius ignis corripuit, uiuere se

pestifero

Cortina erat locus ubi dabantur responsa.

Nota quod macrobius in libro de sompno scipionis scribens istud miraculum dicit quod iste nominatur pheres et erat pamfilus ... rogus pamfilie ... pluribus ... inter mortuos tandem ... ad ignem ... revixit et ... de immortalitate ... sic scribit plato in libro de re p.

p̃clamauit / auxiliuq3 pedagogi sui / nã is solus ibi remãserat
inuocauit. s3 iã flãmis cĩcũdat⁹ fato subtrahi nõ potuit;

Actio q3 lamie p̃torio uiro eque uocẽ fuisse sup rogo cõstitut̃.
que plato scribit inter eos qui in acie ceciderant decẽ dieb⁹ ia
cuisse. biduo posteaq3 inde sublat⁹ ẽẽt inpositũ rogo reuixisse

Et qm̃ externa transgressi sum⁹. Quidã athenis uir eruditissi⁹
cũ ictũ lapidis capite excepisset. cetera oĩa tenacissima memoĩa
retinẽs / lraꝝ tantũ modo quib⁹ p̃cipue inseruierat oblitus est.
dirũ malignũq3 uuln⁹ in aĩo pcussi / qđ de industria scrutatis
sensib⁹ in eũ potissimũ / quo max̃ letabat᷑ ex acerbitate nocendi
fortuna erupit singularẽ doctrinã hominis pleno inuidie funẽ
efferẽdo. cui si talib⁹ studijs pfrui fas nõ erat / utili⁹ aliquãto fuit
ad illa aditũ nõ ĩpetrasse q̃ iã pcepta eoꝝ dulcedine caruisse;

Miserabilior tñ sequẽtis casus narratio Nausimenis eñ athe
niensis uxor / cũ filiũ et filiã suã stupro interuenisset / et inopinati
monstri pcussa cõspectu et ĩ p̃sens tps ad indignandũ / et ĩ poste
rũ ad loquendũ obmutuit. illi nefariũ cõcubitũ uolũtaria
mõte pensarunt. hoc modo fortuna seuiens huic uocẽ / his uitã
ademit. quã propitia donauit;

Echeles sami⁹ athleta mut⁹ cũ ei uictorie quã adept⁹ erat
titulus et p̃miũ eriperet᷑ indignatione accensus uocalis euasit.

Gorgie quoq3 epirote fortis et clari uiri origo. qui in funere
matris sue utero elapsus / inopinato uagitu suo lectulũ
ferentes cõsistere coegit. nouũq3 spectaculũ patrie p̃buit.

que minus admirabilia p̃sentis pamphilij casus fuit

at ... tempore mortis ... narrasse ...

de quo dictum est supra

Nota quod iste epirote ... leontinus de leontio ... qui fuit clarissimus orator ... epirota fuit ... bellator

nō tm̄ ex ipso genetricis rogo lucē ſꝫ cunas aſſecut⁹. eodem

eīꝫ momento tpīs altera iā fato functa peperit alter ante

elatus ꝗ̄ natus eēt.

Diuine fortune uulnus phedreo Jasoni quidā exitꝰ eiꝰ

cupidus intulit. nā cū inter insidias gladio eū percussisset

uomicaꝫ que a nullo medicoꝝ sanari poterat ita rupit ut

hōieꝫ pestifero malo liberaret.

Que dijs imortalibꝰ acceptꝰ Symonides cuiꝰ salus ab imi-

nenti exitio maris defensa officio ruine ꝗ̄ subtracta ē. Cena-

ti eīꝫ apud Scopham ī clanone oppido quod ē in thesalia nu-

tiatū est duos iuuenes ad ianuaꝫ uenisse magnope rogātes

ut ad eos cōtinuo pdiret. ad quos egressus neminē reppit

ibi. Ceterꝫ eo momento tpīs tricliniuꝫ in quo scophas dn̄s domꝰ

epulabat᷑ collapsuꝫ ⁊ ipsuꝫ ⁊ omēs conuiuas oppressit. Quid hac

felicitate locupletius. quā nec mare nec tera seuiens extin-

guere ualuit.

Non inuitus huic subnecto daphanide. ne qs ignoret q̄tuꝫ

interfuit cecinisse deoꝝ laudes ⁊ numē subtractasse. hic eīꝫ

eī studij eēt cuiꝰ pfessores sophiste uocant᷑ inepte ⁊ mordacꝰ

opinationis apollinē delphis irridendi causa cōsuluit an equū

inuenire posset cū omnino nullū habuisset. Cui ex oraculo

reddita uox est ī uenturū equū ſꝫ ut eo pturbatꝰ periret.

Jnde cū iocabundus q̄i delusa sacraꝝ sortiu fide reuerteret᷑.

Incidit ī regē athalū sepenuo a se cōtumeliosis dic   tis

absente lacessitum, eiusque iussu saxum cum nomine equi precipitatum ad deos usque cavillandos dementius animum elati iusta supplicia pependit.

Eodem [scilicet appollinis delfici] oraculo macedonum rex philippus [pater magni alexandri] admonitus ut a quadrige violentia salutem suam custodiret, toto regno disiungi currus iussit, eumque locum qui in boetia quatriga vocatur semper vitavit. nec tamen denuntiatum periculi genus effugit. Nam pausanias in capulo gladii quo eum occidit quadrigam habuit celatam [sculpta]. que tam pertinax necessitas in patre et filio alexandro consimilis apparuit.

[Margin note: pausanias / cum quereret quomodo posset habere magnam famam responsum est / ei si occideret unum magnum / regem sicque ivit ad philippum / et gladio eum occidit quod sancti... / alexander filius phi/lippi fugientem persecutus est / et captum ante oculos patris [uncertain] / interfecit [uncertain]]

Siquidem Talanus indus sua sponte se ardentissimo rogo superiecturus interpellatus [id est rogatus] ab eo [alexandro] quid aut mandaret aut dicere vellet, brevi te inquit [talanus] videbo. nec id sine causa, quia voluntarium eius e vita excessum rapida mors alexandri subsecuta est.

Regios interitus magnitudine miraculi remigis [alicuius qui moriturus fuit] casus equat, quem in deserto litore Tiriorum sentinam [ex profundo navis aquam haurientem, id est navicularum] haurientem, cum e navi fluctus abiecisset, altero latere repulsus, contrarius fluctus in navem retulit. Itaque miseri [qui erat extra navem] ac felicis [id est relatus fuit in navem] comploratio permixta fuit.

Quid illa [miracula]? nonne ludibria nature in corporibus humanis credenda sunt? tolleranda quidem, quia sententia caruerunt, ceterum et ipsa miraculis [id est inter miracula] adnumeranda. Nam et Prusias regis Prusie filius eodem nomine quo pater pro superiori ordine dentium unum os equaliter extensum habuit, nec ad speciem deforme, nec ad usum ulla ex parte incommodum.

Mitridatis vero regis ponti filia diripetia [proprium nomen] laudiace regina nata duplici ordine dentium deformis admodum [valde] comes fuge

patris a pompeio deuicti sunt.

Nec illa quidem parue admirationis occurrit, que constat tam certa acie luminum usum esse ut a lilibeo portum Cartaginiensium egredientes classes intueretur. Oculis etiam admirabilius aristomenis messenii cor, quod athenienses ob nimiam calliditatem exectum pilis refertum inuenerunt, cum eum aliquotiens captum et astutia elapsum repperissent.

At poeta antipater sidonius omnibus annis uno tantummodo die quo genitus erat febri implicabatur. Cumque ad ultimam etatem peruenisset in natali suo certo ex illo circuitu morbi consumptus est.

Hoc loco apte referuntur polistratus et ypoclides philosophi eodem die nati, eiusdem preceptoris epicuri sectam secuti, patrimonii etiam possidendi alendeque scole in communione coniuncti, eodemque momento temporis ultima senectute sunt extincti. Tam eiusdem equalem fortune pariter atque amicitie societatem quis non ipsius celestis concordie ex sinu genitam nutritam et finitam putet? Quapropter hec potissimum ferunt, aut in liberis potentissimi regis aut in rege clarissimo aut in uate ingenii florentis aut in uiris eruditissimis aut in homine sortis ignote, ne ipsa quidem omnis bone maleque materie fecunda artifex rerum natura reddiderit.

Non magis quam quod ita siluestres capras in Crete genitas tam sepe dilexerit, quas sagittis confixas ad salutare auxilium dictami herbe non tantum suis manibus deducit, efficitque ut comperta ea uulnera continuo et tela et uim ueneni in uulneribus respuant.

At in Cephalonia insula, cum omnia ubique pecora haustu aque cotidie

Aristomen

Antipat

Epilogus

Al' ipsi

recreentur, in ea penitus maiore ex parte anni ore apto ex alto ventos accipientes sitim suam sedare instituerint. aut quia Crotone in templo Iunonis Laciniae aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit.

Potissimum ut quare altera in Macedonia, altera in Caleno agro aquam proprietatem vini qua homines inebrientur possidere voluerit. Non admiratione ista sed memoria prosequi debemus, cum sciamus rationem ab ea plurimum licentiae vendicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit;

At quae super usitatam rationem excedentia attigimus, serpentis quoque a T. Livio curiose pariter atque facunde relatae fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantae magnitudinis anguem fuisse, ut Attilii Reguli exercitum ab usu amnis prohiberet, multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus voluminibus caudae elisis, cum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undique petitam silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque cohortibus et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem, atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis corporisque iacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde submovisse castra. beluae quoque corium centum et viginti pedum longum in urbem missum;

Explicit liber primus.

dinea

Incipit liber secundus

De institutis antiquis. C. I.

[D]iues et prepotens nature regnum scrutatus iniciam stilum
nostre urbis sicut ceterarum gentium ex priscis et memo-
rabilibus institutis. Opus est enim cognosci huiuscemodi uite
quam sub optimo principe felicem agimus quenam fuerint ele-
menta ut eorum quoque respectus aliquid presentibus moribus prosit.

Apud antiquos non solum publice sed etiam priuatim nichil gerebatur
nisi auspitio prius sumpto. quo ex more nuptiis etiam nunc
auruspices interponuntur. qui quamuis auspitia petere desierint
ipso tamen nomine ueteris consuetudinis uestigia usurpant.

Femine cum uiris cubantibus sedentes cenitabant. Nam Iouis
epulo ipse in lectulum Iuno et Minerua in sellas ad cenam inuita-
bantur. quod genus seueritatis etas nostra diligentius in capitolio
quam in suis domibus seruat. Videlicet quia magis ad rem pertinet dearum quam
mulierum disciplinam continere. Que uno contente matrimonio fue-
rant corona pudicitie coronabantur. Existimabant enim eum
precipue matrone sincera fide incorruptum esse animum qui post de-
posite uirginitatis cubile in publicum egredi nesciret multorum
matrimoniorum experientiam quasi legitime cuiusdam intemperantie signum esse.

Repudium inter uxorem et uirum a condita urbe
usque ad centesimum et quinquagesimum annum nullum intercessit.
primus autem Spurius Carbilius uxorem sterilitatis ex causa dimi-
sit. qui quamquam tollerabili ratione motus uidebatur reprehensione
tamen non caruit quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali
fidei preponi debuisse arbitrabantur. Sed quo matronale decus ue-
recundie ex munimento tutius esset in ius uocanti matronam

al' honorabant

corpus eius attingere non permiserunt, ut inviolata manus aliene tactu stole relinqueretur.

Vini usus olim romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus a libero patre intemperantie gradus ad inconcessam venerem esse consuevit. Ceterum ut non tristis earum et horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis et auro habundanti et multa purpura use sunt, quo formam suam concinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc subsessorum alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, sed pariter et videre sancte et aspici mutuo pudore custodiebantur.

Quotiens vero inter virum et uxorem aliquid iurgii intercesserat, in sacellum dee viriplace, quod est in palatio, veniebant, et ibi invicem locuti que voluerant, contentione animorum deposita concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris assecuta fertur, veneranda quidem et nescio an precipuis et exquisitis sacrificiis colenda, utpote quotidiane et domestice pacis custos, in pari iugo caritatis ipsa sui appellatione virorum maiestati debitum ac feminis reddens honorem, huiusmodi inter coniuges verecundia.

Quid inter ceteras necessitudines? nonne apparet consentanea? Nam ut minimo indicio maximam vim eius significem, aliquamdiu nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lavabantur. Manifestum igitur est tantum religionis sanguini et affinitati, quantum ipsis inmortalibus diis fore tributum, quia inter ista tam sancta vincula non magis quam in aliquo sacro loco nudare se nefas esse credebatur.

Convivium etiam solenne maiores instituerunt, idque caristias

appellauerunt. cui preter cognatos et affines nemo interponebatur. ut si qua inter necessarias personas querela esset orta / apud sacra mense et inter hilaritatem animorum et fautoribus concordie adhibitis tolleretur.

Senectuti iuuentus ita cumulatum et circumspectum honorem reddebat / tamquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quo circa iuuenes senatus in die utique aliquem ex patribus conscriptis aut propinquum aut paternum amicum ad curiam deducebant. affixique ualuis expectabant. donec reducendi officio etiam fungerentur. qua quidem uoluntaria statione et corpora et animos ad publica officia impigre sustinenda roborabant / breuique processu morarum in lucem uirtutum suarum ex uerecundia laboris meditatione ipsi doctores erant. Inuitati quoque ad cenam diligenter querebant quinam ei conuiuio essent interfuturi. ne senioris aduentum in discubitu preuenirent. sublataque mensa priores consurgere et abire patiebantur. Ex quibus apparet cene quoque tempore quam parcho et quam modesto sermone his presentibus soliti sint uti.

Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant. quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius. quid etiam utilius carmine. pubertas canis suum decus reddebat. defuncta uiri cursu etas ingredientes actuosam uitam fauoris nutrimentis prosequebatur. quas athenas / quam scolam / que alienigena studia huic domestice disciplinę pretulerim. Inde oriebantur Camilli Scipiones Fabricii Marcelli Fabii. ac ne singula imperii nostri lumina simul percurrendo sim longior. inde inquam celi clarissima pars diui fulserunt Cesares;

Adeo autem magna caritate patrie tenebantur, ut archana consilia patrum conscriptorum multis seculis nemo senatorum enuntiauit. Quintus Fabius maximus tantum modo et ipse per imprudentiam de tercio punico bello indicendo, quod secrete in curia erat actum publio crasso petens domum reuerti in itinere narrauit. Memor eum triennio ante questorem factum ignarumque nondum a censoribus in ordine senatorum electum, quo uno modo etiam his qui iam honores gesserant aditus in curia dabatur. Sed quamuis honestus error fabii esset, uehementer tamen a consulibus obiurgatus est. Numquam enim taciturnitatem optimum ac tutissimum administrandarum rerum uinculum labefactari uolebant.

Ergo cum asie rex Eumenes amantissimus nostre urbis bellum a perse aduersus populum romanum parari senatui nuntiasset, non ante sciri potuit quid aut ille locutus esset, aut patres respondissent quam captum perse cognitum est. Fidum erat et altum rei publice pectus curia silentique salubritate munitum, uallatum undique. Cuius limen intrantes abiecta priuata caritate publicam induebant. Itaque non dicam unum, sed neminem audisse crederes quod tam multorum auribus fuerat commissum.

Magistratus uero prisci quantopere suam populique romani maiestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera optinende grauitatis inditia, illud quoque cum magna perseuerantia custodiebant, ne grecis umquam nisi latine responsa darent. Quin etiam ipsos lingue uolubilitate qua plurimum ualent excussa per interpretem loqui cogebant. Non in urbe tantum nostra sed etiam in grecia et asia, quo scilicet latine uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. Nec illis deherat studia doctrine, sed non nulla tamen in re pallium toge

subin̄ deterere arbitrabant̄. Indignū ēē existimātes illecebris ⁊ sua-
uitati lr̄aꝝ imꝑii pondus ⁊ auctoritatē donari.

Qua ꝑ p̄ n̄ es dānand' rigoris rustici crimine. C. Mari .q. ge-
mina lauro coronataꝫ senectutē tuā numidicis ⁊ gēmanicis illu-
strē tropheis uictor deuicte gentis facundia politiorē fieri no-
luisti. Credo ne alienigena. ingenii exercitatione patrii ritus
s'uus ⁊ transfuga existeres. quis ergo huic ɔsuetudini qua
nūc grecis actionib' aures curie exurdant̄ ianuā patefecit.
ut opinoꝛ molo rethoꝛ qui studia marci ciceronis acuit. eum
nāq; ante oīs exteraꝝ gētiū i senatu sin̄ intꝑrete auditūꝫ constat
queꝫ honoreꝫ nō imerito cepit qm̄ uīꝫ sūmaꝫ romane eloq̄ntie ad
iuuerat. conspicue felicitatis arpinas. municipiū siue lr̄aꝝ glo-
riosissimū ɔtēptorē siue habūdantissimū fontē intueri uelis.

Maxima aūt diligentia maiores huc morē retinuerūt ne
quis se intē ɔsulē ⁊ ꝓximū lictorē. quis officii cā una ꝓgre-
diret' inteꝛponeret. filio dūtaxat ⁊ ei puero ante p̄reꝫ ɔsulē
ambulandi ius erat. qui mos adeo ꝑtinaciter retent' ē. ut
Q. Fabi' maxim' quinquies ɔsul uir etiā pridē sūme auctori-
tatis ⁊ tūc ultime senectutis a filio tūc ɔsule īuitat' ut intē
se ⁊ lictorē incederet. ne hostiū samnitū turba ad quoꝝ collo-
quiū descendebant eliderent' facere id noluerit. Idē a senatu
legat' ad filiuꝫ ɔsulē suessaꝫ missus. postq̄ animaduertit euꝫ
ad suū officiū ex' menia oppidi ꝓcessisse. indignat' q̄ ex
d undecīꝫ lictorib' nemo se ab equo descendere iussisset plen' ire
sedere i equo ꝑseuerauit. q̄ cū fili' sensisset ꝓximo lictori ut

sibi appararet imperauit. Cui uoce fabius continuo obsecutus, non ego
fili inquit summum imperium tuum contempsi. sed experiri uolui an scires
consulem te agere. nec ignoro quid patrie uenerationi debeatur. uerum
publica instituta priuata pietate potiora iudico.

Relatis Q. Fabii laudibus offerunt se mirifice constantie uiri.
qui legati a senatu Tarentum ad res petendas missi, cum grauis
simas sibi iniurias accepissent unus etiam urina respersus
esset, in theatrum ut est consuetudo grecie introducti legationem quibus
acceperant uerbis peregerunt. de his que passi erant questi non sunt.
Nota quod ambasiatores non debent dicere ultra imposita
ne quid ultra quam mandatum esset eloquerentur. intimisque pectoribus
eorum antiqui moris respectus dolore qui ex grauissima contume
lia sentitur, conuelli non potuit. finem profecto fruendarum opum quibus
ad inuidiam usque diu habundaueras, tarentina ciuitas quesisti. Nam dum
horride uirtutis in se ipsius conexum stabilimentum ex nitore fortune
presentis inflata fastidiose extimas in preualidum imperii nostri
mucronem ceca et amens irruisti.

Sed ut a luxu et perditis moribus ad seuerissima maiorum insti
tuta transgrediar, antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat,
qui hodie senaculum appellatur. nec expectabat ut edicto contrahe
retur, sed inde citatus protinus in curiam ueniebat. ambigue laudis ciuem
existimans qui debitis rei publice officiis sua sponte non sed iussus fungeretur.
quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis quam prestanti acceptum refertur.

Illud quoque memoria repetendum est quod tribunis plebis intrare
curiam non liceat. ante ualuas autem positis subselliis decreta pa
trum attentissima cura examinabant, ut si qua ex eis improbassent,

rata esse non sinerent. Itaque veteribus senatus consultis T. littera
subscribi solebat. Eaque nota significabatur illa tribunos quoque censu-
isse. Qui quamvis pro comodis plebis excubabat, imperiisque impiis compe-
scendis occupati erat, instrui tamen ea argenteis vasis anulis
aureis publice prebitis patiebatur, quo talium rerum usu auctoritas ma-
gistratus esset ornatior. Quorum quemadmodum maiestas ampli-
ficabatur ita abstinentia diligentissime constringebatur. Immolatarum enim
hostiarum exta ad questores erarii delata veniebant. Sat' fitis
quod populi romani tum deorum immortalium cultus tum etiam hominum conti-
nentia inerat. Imperatoribus nostris quoque sanctas manus habere deberet
apud ista altaria discentibus; continentieque tamen tribuebat ut mul-
torum es alienum, quorum provincias sincere administraverat, a senatu
persolutum sit. Nam quorum operam publicam auctoritate splendore suum
procul obtinuisse viderant, eorum dignitatem domi collabi indi-
gnum sibique deforme esse arbitrabatur.

Equestris vero ordinis iuventus omnibus annis bis spectaculo
sui urbem sub magnis auctoribus celebrabat. Lupercalium enim
mos a Remulo et Romulo incohatus est tunc cum letitia exultarent
quod his avus Numitor rex albanorum eo loco ubi educati erant
urbem condere permiserat sub monte palatino hortatu Faustuli
educatoris sui, quem Euander arcadius consecraverat. Facto enim
sacrificio cesis capris ex epularum hilaritate ac vino lar-
giori provecti, divisa pastorali turba cincti ovinis pellibus
immolatarum hostiarum iacentes petiverunt, cuius hilaritatis memo-
ria annuo circuitu feriarum repetitur.

Trabeatos uo equites ydib' iulij Q. fabi' transuehi instituit. Idem

fabi' censor cu publio decio seditionis gra finiende. q comitia i

humillimi cuiusq potestate redacta acciderant. omez forensez tur

bam i quatuor tantu trib' descripsit. easq urbanas appellauit. Quo

tam salubri facto uir alioqn tot bellicis opib' istis excelles maxi' cogno

Laudanda etia pp'li uerecundia e qui impigre se [illegible] minat' e

laborib' & periculis milicie offerendo dabat opaz ne ipatoribus

capite censos eu sacramento rogare eet necesse. quoy nimia

inopia suspecta erat. Ideo q his publica arma no comictebatur.

S; hac diutina usurpatione formata consuetudine. G. Mari' capite

censuz legendo militez abrupit. ciuis alioqn magnificus. s; no

uitatis sue consciencia uetustati no sane ppiti'. memor q si mili

taris ignauia humilitate spneret. se a maligno intuitu inte

rpte uelut capite censuz ipatore conpellari posse. Itaq fastidiosuz

delectuz gen' in exercitib' romanis obliterandu duxit. ne talis

note contagio ad ipsi' q glorie sugillatione penetraret.

Armoy tractandoy meditatio a P. Rutilo consule Gnei Mal

lij eius collega militib' est tradita. Is eiz nulli ante se ipatori'

exemplu secut' ex ludo G. aurelij Scauri doctorib' gladiatoy ac

cersitis. uitandi atq inferendi ictus subtiliore ratione pugne

legib' ingenerauit. uirtuteq arti & artez rursus uirtuti miscuit.

ut illa ipetu hui' fortior. hec illi' sciencia cautior fieret.

Velitu usus eo bello primuz repert' est. quo Capua Fului' Flacc'

ipator obsedit. Na cu equitatui Capanoy crebris excursionib'

equites nri q numo pauciores erant resistere no possent. Quint'

Nevius centurio e peditibus lectos expediti corporis brevibus et incur-
vis septenis armatos hastis parvo tegmine munitos veloci sal-
tu insurgere se equitibus et rursus celeri motu dilabi instituit.
quo facilius equestri prelio subiecti pedites viros pariter atque equos
hostium telis incesserent. Eaque novitas pugne unicam Campane perfidie
debilitavit auxilium. Ideoque auctori eius Nevio honos adhuc est habitus.
tentoria … spectandi tempora …
Proximus militaribus institutis ad urbana castra id est theatra gradus
faciendus est. quoniam hec quoque castra sepenumero animosas acies instruxe-
runt. excogitataque cultus deorum et hominum delectationis causa non sine
aliquo pacis rubore voluptatem hominum et religionem civili sanguine
scenicorum portentorum gratia maculaverunt. que theatra inchoata quidem
sunt a Messala et Cassio censoribus. Ceterum auctore P. Scipione Nasi-
ca omnem apparatum operis eorum subiectum haste vendi placuit. atque
etiam eodem senatus consulto cautum est. ne quis in urbe propius ue uel per
passus mille subsellia posuisset sedens ut ludos spectare vellet.
ut scilicet remissioni animorum iuncta standi virilitas propria romane gentis
Per quingentos autem et quinquaginta octo annos senatus | nota esset
populo mixtus spectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius
Serranus et Lucius Scribonius ediles ludos matri deum facientes posteri-
oris africani sententiam secuti discretis senatus et populi locis solverunt.
eaque res avertit vulgi animum et favorem Scipionis magnopere quassavit.
Nunc instituendorum ludorum causam ab origine sua repetam. G. Sulpi-
pitio Petico. G. Licinio Stolone consulibus intolleranda vis orte pe-
stilentie civitatem nostram a bellicis operibus revocatam domestici
atque intestini mali cura afflixerat. Iamque plus in exquisito

tempus circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus raptis uirginibus Sabinis Consualium nomine

et nouo cultu religionis, quod in nullo humano consilio positum opis uidebatur. Itaque placandi celestis numinis gratia compositis carminibus uacuas aures prebuit, ad id saluum nomine celebrauit. Verum ut est mos hominum paruula initia pertinaci studio prosequendi, ex uenerabilibus erga deos obsequiis iuuentus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus adiecit. Eaque res ex Etruria ludium accersendi causam dedit. Cuius decora pernicitas uetusto ex more curetum lidorum a quibus Etrusci originem traxerunt nouitate grata romanorum oculos permulsit. Et quia ludius apud eos etruscos hystrio appellabatur, scenico nomen hystrionis inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad saturam mores perrexit. a quibus omnium primus poeta Liuius ad fabularum argumenta spectantium oculos et animos transtulit. Isque sui operis auctor cum sepius a populo reuocatus uocem obtundisset, adhibito pueri et tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit.

Atellani autem ab oscis acciti sunt. quod genus delectationis italica seueritate temperatum est, ideoque uacuum nota est. Nam neque tribu mouetur neque a militaribus stipendiis repellitur. Et quia ceteri ludi ipsis appellationibus unde trahantur apparet, non absurdum uidetur secularibus initium suum, cuius generis minus trita notitia est, reddere.

Cum ingenti pestilentia urbs agrique uastarentur, Valesius uir locuples rustice uite duobus filiis et filia ad desperationem usque medicorum laborantibus aquam calidam is a foco suo petens, cum genibus nixus lares familiares ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent orauit. Orta deinde uox est habiturum eos saluos, si continuo flumine Tiberi deuectos Tarentum portasset. Ibique ex ditis

patris et proserpine ara aqua calida quam illi desiderarent petita re-
creasset. Eo predicto magnopere confusus quod et longa et periculosa
navigatione imperabatur, spe tamen dubia presentem metum vincente,
pueros ad ripam tiberis protinus detulit. habitabat enim in villa sua propter
vicum sabine regionis Eretum, ac lintre petens hostiam nocte con-
cubia ad martium campum appulit. Sitientibus que egris succurrere cu-
piens igne in navigio non permanente ex gubernatore cognoscit haud
procul apparere fumum, et ab eo iussus egredi tarentum id nomen ei est.
cupide arrepto calice aquam flumine haustam eo unde fumus erat
abortus iam letior pertulit. divini que dati remedii quasi vestigia
quedam in propinquo se nactum, inque solo magis fumante quam ullas ignis
habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit contractis lembis
et que sors attulerat nutrimentis, cum pertinaci spiritu flammam evo-
mit. calefactam que aquam pueris bibendam dedit. qua potata salu-
tari quiete sopiti diutina vi morbi repente sunt liberati. patri
que indicaverunt vidisse se in somnis a nescio quo deorum spongia cor-
pora sua pertergi, et precipi ut ad ditis patris et proserpine aram a quo
potatio ipsis fuerat ablata furve hostie immolarentur. lectisterniaque
et ludi nocturni fierent. Is quod eo loci nullam aram viderat desideratam
credens ut a se constitueretur, aram empturus in urbem perrexit, relictis
qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. hi
domini imperium exequentes cum ad xx pedum altitudinem humo egesta perve-
nissent, animadvertunt aram diti patri, proserpine que inscriptam. hoc postquam Va-
lesius nuntiante servo accepit, omisso emende are proposito, hostias nigras
que antiquitus furve dicebantur tarenti immolavit. ludosque et lectisternia

ebant

quod emit quadam la ... ubi multo collorentur imagines deorum.

cotinuis trib' noctib' q2 totide filii a piculo liberati erat fecit.

Qui ex mun Valeri' publicola qui p'mus cosul fuit studio succurrendi ci-
uib' secut' apud eande publice nuncupati noti celsisq atri' tobu' sub tera
ut an fuerat obruit ludoz crescetib' opib' secuta letia est.

Cuius institutu Quint' Catulus campana imitatus luxuriam
prim' spectantiu cose ssuz uelox cu umbraculis texit.

Gneus pōpei' an semitas omes aque cursu estiuu minuit furore.

Claudi' pulcer scena uarietate colox adumbrauit uacuis ante
pictura tabulis extetaz. qua tota argēto G antoni' auro pe-
trei' Cete' ebore Q Catulus pretexuit.

Versatiles fecerut locaz que argetatis coragijs P lentulus
Spinter adornauit. tranlatu antea phenitcis indutu tunicis Mati
Scaur' exquisito gne vestis cultuz induxit.

Nam gladiatoz munus p'muz rome datu est i foro bouario
Applo claudio z Quinto fuluio cosulib' dederut Marcus z Drusi'
filii bruti in funebri memoria patris cineres honorantes.

Atletaz cetame a M Scauri tractu munificētia ē. Statua au-
rea nec i urbe nec i aliqua pte italie quisq p'us aspexit q2 a Ma-
cilio gabrione equestri patri poneret in sede pietatis. Caz aute ede
P. Conelio lentulo z M. Bebio pamphilo cosulib' ipse dedicauerat
copos noti factus de rege anthyoco apud Termophylas supato.

Ius ciuile p multa secula inter sacra ceremoniasq deoz imorta-
liuz abditu solisq potificib' notu gne flaui libertino patre genit'
z Scriba cu ignenti nobilitatis indignatione factus edilis curuli
uulgauit ac fastos pene toto foro exposuit. qui cu ad uisendum

egrum collegam suum veniret, nec a nobilibus quorum frequentia cubi
culum erat completum sedendi loco receptus sellam curulem afferri iussit.
et in ea honoris pariter et contemptus sui vindex consedit.

Veneficii questio et moribus et legibus romanis ignota complurium
matronarum patefacto scelere orta est. que cum viros suos clande
stinis insidiis veneno perimerent, ex unius ancille indicio protracte
capitali iudicio dampnate .clxx. numerum expleverunt.

Tibicinum quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere.
cum inter publicas actiones privatasque ferias personis tecto capite
variaque veste velatis concentus edidit. Inde attracta licentia
quondam vetiti in ede iovis quod prisco more factitaverat vesci
tibur irati se contulerunt. Quorum ministerio senatus destituta sa
cra non equo animo ferens per legatos tiburtinis petit ut eos ex
gratia sua romanis templis restitueret. quos illi proposito perseve
rantes interposita feste epulationis simulatione mero somnoque
sopitos plaustris in urbem devehendos curaverunt. quibus et
honor pristinus restitutus ex huiusce rei usus his est datus.
personarum usus pudore circumvente temulentie causam habet.

Hunc etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo humanita
tis simul et continentie certissima index. Nam maximis viris pran
dere et cenare in propatulo verecundie non erat. Nec sane ullas
epulas habebant quas populi oculis subicere erubescerent. Erant
adeo continenter attenti ut frequentior apud eos pultis usus
quam panis esset. Ideoque in sacrificiis mola que vocabatur ex sale con
stat et farre. exta farre sparguntur. et pullis cum quibus auspitia

petunt pulss obicit. Primit ex libamentis victus sui deos eo effi
caci quo simplici placabat. et ceteros quidem ad bene faciendum venera
bant. Febrem autem ad minus nocendum templis colebat. quorum ad huc
unum in palatio alterum in area marianorum monumentorum tertium in sum
ma parte vici longi extat. In ea quoque remedia que corporibus egrotorum
annexa fuerant deferebant. hec ad humane mentis estus leniendos
cum aliqua usus ratione sunt excogitata. Ceterum salubritatem suam indu
strie certissimo ac fidelissimo monimento tuebantur. bone quoque valitudinis
eorum que quedam mater erat frugalitas inimica luxuriosis epulis et alie
na nimie vini habundantie ac inmoderato veneris usu adversa.

Idem sensit proxima maiorum nostrorum gravitati spartana civitas. que
severissimi ligurgi legibus obtemperans aliquamdiu civium suorum oculos
a contemplanda asia retraxit ne illecebris eius capti ad delicatius
vite genus prolaberetur. audierat enim lautitiam inde et inmodicos sump
tus et omnia non necessarie voluptatis genera fluxisse. Primi quoque yonas
unguenti coronarum quoque in convivio dandarum et secunde mense ponende consue
tudinem haud parva luxurie irritamenta repisse ac minime mirum
est quod homines labore et patientia gaudentes tenacissimos patrie nervos
externarum delitiarum contagione solvi et hebetari noluerunt. Cum aliquanto
faciliorem virtutis ad luxuriam quam luxurie ad virtutem transitum videret.

Quod eos non frustra timuisse dux ipsorum Pausanias patefecit. qui
maximis operibus editis ut primum se asie moribus permisit fortitudinem
suam effeminato eius cultu mollire non erubuit. Eiusdem civitatis
exercitus non ante ad dimicandum discedere solebat quam tibie concentu
et anapesti pedis modulo cohortationis calor in animo transisset.

vegetato et crebro ictus sono strenue hostem invadere admonuit.

Idem ad dissimulandum et occultandum vulnerum suorum cruorem puniceis in
proeliis tunicis utebantur, non ut ipsis aspectus eorum terrorem, sed ne hostibus
fiducie aliquid afferret.

Egregios virtutis bellice spiritus Lacedemoniorum prudentissimi pacis
moribus Athenienses subsequuntur, apud quos inertia e latebris suis
languore marcens in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, fitque
ut facinorose ita erubescende rea culpe.

Eiusdem urbis et sanctissimum consilium Ariopagus quid quisque
Atheniensium ageret aut quonam questu sustentaretur diligentissime
inquirere solebat, ut homines honestatem vite rationem memores reddendam esse

Eadem bonos cives corona decorandi primo consuetu- sequerentur.
dinem introduxit: duobus olee conexis ramulis clari Periclis cingebatur
caput. Probabile institutum sive rem sive personam intueri velis.
Nam et virtutis uberrimum alimentum est honos et Pericles dignus est
a quo talis muneris dandi potestas potissimum caperet initium.

Age quid illud institutum Athenarum quam memorabile, quo convictus a patro-
no libertus ingratus iure libertatis exuitur. Supersedeo te inquit habere civem
tanti muneris impium extimatorem, nec adduci possum ut credam urbi u-
tilem quem domui scelestum cernam. Abi igitur et esto servus, quoniam liber esse nescisti.

Inde Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant discipline gravitatem,
prisci moris observantia, in caritate populi romani precipue conspicui,
qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem
servo deceptum dominum cognoverint. Quarto errori subveniendum non
putant, quia sua iam ex culpa iniuriam accepit qui se toties iniecit. ut subiaceat ad manumittendum et qui semel manumissus est tamen in nomine non potest.

.I.

Eadem civitas severitatis custos acerrima est, nullum aditum in scena mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continet actus, ne talia mutandi consuetudo et mutandi licentiam sumant.

Omnibus autem qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertie querunt clausas portas habet et mendacem et fucosam superstitionem submovendam esse existimans.

Ceterum a condita urbe gladius est ibi quo noxii iugulantur rubigine quidem exesus et vix sufficiens ministerio, sed est index in minimis quoque rebus omnia antique consuetudinis momenta esse servanda. Due etiam ante portas eorum arces iacent: altera qua liberorum, altera qua servorum corpora ad sepulture locum plaustro devehuntur sine lamentatione, sineque planctu funeris dies in domestico sacrificio additoque necessariorum convivio finitur. Et enim quid actinet aut humano dolori indulgeri aut divino numini iniuria fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit?

Venenum cicuta temperatum in ea civitate publice custoditur, quod datur ei qui causas senescenti, id enim senatus eius nomen est, exhibuit, propter quas mors sit illi expetenda, cum cognitione virili benivolentia est temperata, que neque egredi vita temere patitur et sapienter excedere cupienti celerem fati viam prebet, ut vel adversa vel prospera nimis usi fortuna, utraque enim finiendi spiritus, illa ne perseveret, hec ne destituat, rationem prebuerit, comprobato exitu terminent. Quam consuetudinem Massiliensium non in Gallia ortam sed ex Grecia translatam inde extimo, quia illam etiam in insula Cea illo tempore animadverti, quo Asiam cum Sexto Pompeio petens Iulide oppidum intravi. Forte enim tunc evenit ut summe dignitatis ibi

femina que ultime iam senectutis reddita ratione civibus cur excedere
vita deberet veneno consumere se destinavit. mortemque suam ex pompei
presentia clariorem fieri magni extimavit. nec preces eius vir ille et
omnibus virtutibus ita humanitatis quoque de laudibus instructissimus aspernari
sustinuit. venit itaque ad eam cum fastidiosissimo sermone, qui ore eius
quasi e beato quodam eloquii fonte emanabat. ab incepto consilio diu nequicquam
revocare conatus, ad ultimum propositum illam exequi passus est. Que no-
nagesimum annum transgressa cum summa et animi corporis sinceritate
in lectulo dignoscere erat quotidiana consuetudine cultius stratum re-
cubans, et innixa cubito tibi quidem inquit Sexte pompei dii magis quos
relinquo quam quos peto gratias referant, quod nec hortator vite mee
nec mortis spectator esse fastidisti. Ceterum ipsa ilarem fortune vultum
semper experta ne aviditate lucis tristem intueri cogar reliquias spi-
ritus mei in prospero fine, duas filias et unum nepotem gregem supersti-
tem relictura permuto. Cohortata deinde ad concordiam suos, distribu-
to eis patrimonio et cultu suo sacrisque domesticis maiori filie traditis,
poculum in quo venenum temperatum erat cum constanti dextra arripuit. Tum
defusis Mercurio delibamentis, et invocato numine eius ut se cum placido
itinere in meliorem sedis inferne deduceret partem, cupido haustu mor-
tiferam traxit potionem. ac sermone significans quasdam subinde partes
corporis sui rigor occuparet, cum iam visceribus eum et cordi iminere esset
elocuta filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit. Nostros
autem tacitos ex novo spectaculo stupefacti erant, suffusos tamen ex lacrimis

Sed ut ad massilientium civitatem unde in hoc diverticulum dimisit.
excessi revertar. intrare oppidum eorum nulli cum telo licet. Set presto quoque

est qui id custodie in gratia acceptum exituro reddat. ut hospitia sua
quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint. Horum
menia egressus vetus ille mos Gallorum occurrit. quos memoria
proditum est pecunias mutuas dare, que his apud inferos
redderentur, persuasum habuerat animas hominum esse immortales. Dicere stul-
tos nisi idem brachati sensissent, quod palliatus Pictagoras credidit.

Avara et feneratoria Gallorum philosophia. alacris et fortis est Cimbrorum
et Celtiberorum. qui in acie cum gladiis exultabant tamquam gloriose
et feliciter vita excessuri. lamentabantur in morbo quasi turpiter
et miserabiliter perituri. Celtiberi etiam nephas esse dicebant prelio
superasse, cum is occidisset pro cuius salute spiritum devoverat. lau-
danda utrorumque populorum animi presentia, quia et patrie incolumitatem fortiter tueri
et fidem amicitie constanter prestandum arbitrabantur.

Thracie vero illa natio merito sibi laudem sapientie vindicavit.
que natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrabat
sine ullis doctorum preceptis, verum conditionis nostre habitum pervidit. Re-
moveatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vite que
multa et facere et pati turpiter cogit. si ea mortua eius aliquanto
felicior et beatior finis reperietur. Quo circa recte Lycii cum his luctus
incidit muliebrem vestem induunt, ut ex deformitate cultus com-
moti maturius stultum proicere merorem velint.

Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentie viros laudem.
Inspiciantur Indorum femine, que cum more patrio complures eidem nupte
esse soleant, mortuo marito in certamen iudiciumque veniunt, quamque ex
his maxime dilexerit. Victrix gaudio exultans deductaque a neces-

sarius letum preferentibus vultu coniugis se flammis superiacit. et cum eo tamquam
felicissima crematur. Superate cum merore tristitie in vita remanent.
Protrahe in medium cimbricam audaciam. adice celtibericam fidem. iunge
animosam tracie potentiam et sapientiam. annecte liciorum in luctibus abiciendis
callide quesitam rationem. indico tamen rogo nichil eorum preferes. quem
uxoris pietas in modum genialis thori secura mortis propinque con
scendit. Cuius glorie punicarum feminarum ut ex comparatione turpius
appareat dedecus subnectam. Sicce fanum est veneris in quod se ma
trone conferebant. atque inde procedentes questum dotis corporis iniuria
contrahebant. honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iuncture.
Nam persarum admodum probabile institutum fuit. quod liberos suos non
prius aspiciebant quam septimum annum implessent. quo parvulorum amissio
nem equiore animo substineret.
Ne numide quidem reges vituperandi. qui more gentis sue nulli mor
talium osculum ferebant. Quicquid enim in excelso fastigio positum est humi
li et trita consuetudine quo sit venerabilius vacuum esse convenit.

De disciplina militari. c. 2.

Venio ad precipuum decus nunc et ad stabilimentum romani imperii
ex salutari perseverantia ad hoc tempus sincerum et incolume ser
vatum militaris discipline tenacissimum vinculum. In cuius sinu ac
tutela serenus tranquillusque beate pacis status quiescat.
Publius Cornelius Scipio cui deleta cartago avitum cognomen dedit
consul in yspaniam missus ut insolentissimos numantie urbis spiritus
superiorum ducum culpa nutritos contunderet. eodem momento temporis quo
castra intravit edixit. ut omnia que voluptatis causa comparata erant

Sentina locus feditissimus est in navi hic autem ponitur pro re fedita et putrida

auferrent et submoveret. Constat tum maximum inde institorum et
lixarum numerum cum duobus milibus scortorum abisse. Ex hac turpi et eru-
bescenda sentina vacuefactus exercitus noster qui paulo ante metu
mortis deformi se federis ictu maculaverat, erecta et recreata
virtute acrem illam et animosam Numantiam cum incendiis exustam ruinisque
prostratam solo equavit. Itaque neglecte discipline militaris indicium
Mancini miserabilis deditio, servate merces speciosissimus Scipionis trium-
phus extitit.

Huius sectam Scipionis Metellus secutus cum exercitum in Africa Iugurtino
bello nimia Spurii Albini indulgentia corruptum consul accepisset omnibus
imperii nervis ad revocandam pristine discipline militiam nixus est. Nec
singulas partes apprehendit sed totam continuo in suum statum redegit. Protinus namque
lixas e castris submovit cibumque coctum venalem proponi vetuit. In ag-
mine neminem militum ministerio servorum iumentorumque ut arma sua
et alimenta ipsi facerent uti passus est. Castrorum subinde locum mutavit
eademque tamquam Iugurta semper adesset vallo fossaque aptissime cinxit. Quid
ergo restituta continentia, quid repetita industria profecit? Crebras
scilicet victorias et multa trophea peperit ex eo hoste cuius tergum sub am-
bitioso imperatore romano militi videre non contigerat.

Bene etiam illi militari discipline afflaverunt qui necessitudinum
perruptis vinculis ultionem vindictamque lesi cum ignominia domuum suarum
exigere non dubitaverunt. Nam Publius Rutilius consul in eo bello quod in
Sicilia cum fugitivis gessit Quintum Fabium generum suum quia ex negli-
gentia Tauromitanam arcem amiserat de provincia iussit decedere.

Iam Cotta P. Aurelium filium pecuniolam ex sanguine sibi iunctum

quem

que obsidioni liparitane ad auspicia repetenda messanam transi-
turus prefecerat uirgis cesum in militie munere inter pedites fungi
coegit quod eius culpa agger incensus, pene castra erant capta.

Q. etiam flaccus censor fuluium fratrem cohortem legionis in qua
tribunus militum erat iniussu consulis domum dimittere ausum a se-
natu remouit. Tam digna exempla tam breuiter nisi ex maioribus
urgerer exemplis non referrem. Quid enim tam difficile factu quam copu-
late societati generis et ymaginum dedecore in patrem reditum inducere.
aut ex communione nominis ac familie ueteris propinquitatis ex
serie coherenti uirgarum contumeliosa uerba adhibere. aut censorium
supercilium aduersus fraternam caritatem distringere. Detur hec sin-
gula quamuis claris ciuitatibus habunde tamen glorie discipline
militaris instructe uidebuntur.

At nostra urbs que omni genere mirificorum exemplorum totum terrarum orbem
repleuit, imperatorum proprio sanguine manantes secures habet. Ne turba-
to militie ordine uindicta cessaret in castris, publice speciosas
priuatim lugubres duplicis uultus recepit, incerta gratulandi prius
an alloquendi officio fungeretur.

Igitur ego quoque hesitante animo uos bellicarum rerum seuerissimi custodes
postumi tiburte et manli torquate sub memoria cum hac relatione com-
plector, quia animaduerto fore ut pondere laudis quam meruistis obruti
magis ingenii mei imbecillitatem detegam quam uestram uirtutem sicut par
est representem. Tu namque postumi dictator aulum postumium, quem ad
generis tui penetraliumque sacrorum successionem propagandam genueras,
cuius infantie blandimenta in sinu atque oculis foueras, quem puerum in
litteris, quem iuuenem in armis instruxeras, sanctum fortem amantem

ager est ipse terra culta; hic non ponitur pro fortitudine fossarum fabricatarum

duplicis uultus id est tristis et leti; tristis propter mortem filii, leti non propter uictoriam uel propter iustitiam

l

tui pariter ac patris qui non ex tuo iussu, sed sua sponte presidio progressus
hostes fuderat, uictorem securi feriri iussisti. Et ad hoc peragendum
imperium tristis ministerio sufficere ualuisti. Nam oculos tuos
rectum diem in clarissima luce tenebris offusos ignes animi opus
intueri nequissime.

Tu item Manli Torquate in latino bello consul filium quod prouocatus a
Geminio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignaro descen-
derat gloriosam uictoriam et speciosa spolia referentem arripi a li-
tore et in modum hostie mactari iussisti. Sancius etiam iudicans patrem
forti filio quam patriam militari disciplina carere.

Age quanto spiritu putamus usum L. Quintium Cincinnatum dicta-
torem in eo tempore quo deuictis Equiculis et sub iugum missis L. Minutium
minutium consulatum deponere coegit. quod castra eius idem hostes obsederat.
Indignum enim maximo imperio credidit, quem non sua uirtus, sed fossa uallumque
tutum prestiterat. cuique uerecundie non fuerat arma romana metu
trepida clausisque portis contineri. Ergo imperiosissimi XII fasces pe-
nes quos senatus equestris ordinis et uniuerse plebis summum
decus erat. quorumque nutu Latium ac totius Italie uires regebantur,
contusi atque fracti dictatorie se animaduersioni substrauerunt.
ac ne inulta foret lesa gloria militaris consul delicti omnis uin-
dex punitus est. his ut ita dicam o Mars imperii nostri pater ubi aliqua
ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat nunc tuum propitiebatur affi-
nium cognatorum et fratrum nota, filiorumque strage ignominiosa consulum exauctoratione.

Eiusdem ordinis exemplum quod sequitur. Papirius dictator cum aduer-
sus imperium Quintus Fabius Rutilianus magister equitum exercitum in
aciem eduxisset, quamquam fusis Samnitibus in castra redierat, tamen neque

uirtute eius neque successu neque nobilitate motus uirgas expediri
eumque nudari iussit. O spectaculum admirabile, et Rutilianus et
magister equitum et uictor scissa ueste spoliatoque corpore lictorum
se uerberibus lacerandum prebuit, ut in acie exceptorum uulnerum nodo
sisque ictibus cruore renouato uictoriarum quas modo speciosissimas
erat adeptus titulos respergeret. Ex precibus deinde exercitus sui occa
sionem Fabio confugiendi in urbem dedit. Ubi frustra senatus auxilium
implorauit. Nichilominus enim Papirius in exigenda pena perseuera
uit. Itaque coactus est pater eius post dictaturam tertium consulatum
rem ad populum deuocare, auxiliumque tribunorum plebis supplex pro filio
petere. Neque hac re Papirii seueritas refrenari potuit. Ceterum
cum uniuersis ciuibus et ipsis tribunis plebis rogaretur, testatus est
se penam illam non Fabio sed populi tribunorum concedere potestati.

Uelut Calpurnius Piso consul cum in Sicilia bellum aduersus fugitiuos
gereret, et Titius equitum prefectus fugitiuorum a multitudine ho
stium circumuentus se et arma his tradidisset, hunc prefectum cum ignomi
nie generibus affici iussit. Eum toga laciniis abscissis amictum discinc
taque tunica indutum nudis pedibus a mane usque in noctem ad prin
cipia per omne tempus militie adesse. Interdixit etiam ei conuictum
hominum usumque balnearum, turmasque equitum quibus prefuerat, ad
emptis equis in funditorum alas transcripsit. Magnum profecto
dedecus patrie Pisonum decore uitandum est. Cum quidem id egit
Piso ut qui cupiditate uite adducti cruce dignissimis fugitiuis trophea
ad se statuere concesserant, libertatique sue a manu seruili flagitio
sibi imponi iugum non erubuerant, amare lucis usum experirentur

l.

[gloss: ... / turpiter] [gloss: fortiter]

mortes quam quam effeminate timuerant viriliter optarent.

[gloss: fluvium ...]

[margin note: Quintus metellus cum quinque militum / cohortes ... castra ... / locum temporare iussit ... / re ut ab hostibus ... / et ita ... / ille pudore ... / hostes ... ut locum ... / ... erat omnino temperaret]

Nec minus pisone acriter Quintus messius qui cum apud trebiam res
[gloss: ut custodirent ...] [gloss: ... recepit ...]
bellica gereret collocatas a se in quadam statione quinque cohortes atque ex
ea viribus hostium depulsas repetere eandem stationem e vestigio iussit.
non quia speraret ab his amissum locum recuperari posse. sed ut preterite cul-
pam pugne consequentis certaminis cum manifesto periculo puniret. Edixit
etiam ut si quis fugiens castra petisset pro hoste interficeretur. qua seve-
ritate compulsi milites et corporibus fatigati et animis desperatione vite impli-
catis loci tamen iniquitatem multitudinemque hostium superaverunt. huma-
ne igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

[gloss: gallorum]
In eadem provincia Q. fabius maximus ferocissime gentis animos contundere
et debilitare cupiens mansuetissimum ingenium suum ad tempus deposi-
[gloss: ... ad firmandam militarem disciplinam]
ta clementia severiori uti severitate coegit. Omnium enim qui ex
presidiis romanorum ad hostem confugerant capti que erant manus ab-
scidit. ut trunca pre se bracchia gestantes metum defectionis reliquis
inicerent. Rebelles itaque manus a corporibus suis disiecte inque cruento
solo sparse ceteris ne idem committere auderent documento fuerunt.

[gloss: maiore]
Nichil mitius fuit superiore africano. Is tamen ad firmandam discipli-
nam militarem aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis
mutuandum existimavit. Siquidem devicta cartagine cum omnes qui
ex exercitibus nostris ad penos transierant in suam potestatem reduxisset.
gravius in romanos quam in latinos transfugas animadvertit. hos enim tamquam
[gloss: confederatos]
patrie fugitivos crucibus affixit. illos autem tamquam perfidos socios securi

Non prosequar hoc factum ulterius. et quia scipionis est et quia paullit
[gloss: suspendium]
romano sanguini quamvis merito perpesso servile supplicium insultare

nō actinet. Cū pstertis transire ad ea liceat que sine domesti
co uulnere gesta nārari possint. Nā posterior africanus euerso
punico ipio exterarū gētiū transfugas i edendis pplo spectaculis
feris bestiis obiecit. Et lucius paulus pse rege supato eiusdē gneris
& culpe hoies elephantib' pterendos substrauit. utilissimo qdē
ex" si tam acta excellentissimorū uirorū humiliter extimare
sine insolentie reprhēsione pmittunt. Asp̄o eni & absciso casti
gationis gnē militaris disciplina indiget. q uires i armis
constāt. que ubi arepto tenore decesserit oppssura ē n opprimat.

Set tpus eorū q mentionē fieri que iam nō a singulis uerū
ab uniuerso senatu p militari more obtinendo defendendo q
administrata ē. Lucius Marti' tribun' militū cū reliquias duorū
exercitu' p. & Gnei scipionis quos arma punica i yspania sump
serat dispsas mira uirtute collegisset eaq suffragiis dux
eēt creat' senatu de reb' actis a se scribens i hunc modū orsus
ē. Lucius Marti' p ptore cui honoris usurpatione uti eū patrib' con
scripti nō placuit. quia duce a pplo nō a militib' creari solēnt.
quo tpe tā iniusto tā graui pp romane rei p. dānū etiā tribun'
militū adulandus erat. Quoniā quidē ad statū toti' ciuitatis
corrigendū unus suffecerat.

Sed nulla clades nullius meritū ualenti' militari disciplina fuit.
Succurrebat eni illis q animosa seueritate i tarentino bello ma
iores eorū usi fuissent. quo quassatis & attritis rei p. uiribus
cū magnū captiuorū ciuiū suorū numerū a piro rege ultro
missum recepissent. decreuerūt ut ex his qui equo meruerāt

huc usq posuit ex" tagnetia ad q's puatas nūc uo ex" tagnetia ad senatū et ad uniuersū populū

L. Marti' post mortē duorū scipionū recollegit reliquias duorū exercituū & q caput nō habebat n duce i ptorē a militib' eligit. & senatui que acciderat nūtiauit sub scribendo se i loco ptoris. quo facto nō obstā q p tā uiriliter gesserat & q tā maxi malum rei p. uitauerat. senatui nō placuit. eo q ducum electio nō a militib' s a poplo fieri debebat.

peditum in numero militaret. qui pedites fuerant in funditorum auxilia transcriberentur. neve quis eorum intra castra tenderet. neve locum extra assignatum vallo aut fossa cingeret. neve tentorium ex pellibus haberet. Recursum autem his ad pristinum militie ordinem proposuerunt si quis bina spolia ex hostibus tulisset. quibus suppliciis compressi ex debilibus Pirrhi municipibus acerrimi hostes extiterunt.

Parem iram senatus adversus illos destrinxit qui apud Cannas rem publicam deseruerant. Nam cum gravitate eos decreti ultra modum eorum conditionem relegasset acceptis a M. Marcello litteris ut eorum sibi opera ad expugnationem Siracusarum uti liceret rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur. Ceterum se ei permittere quod faceret quod expedire rei publicae iudicasset. dum neque ex his munere vacaret aut dono aliquo militie donaretur. aut in Italiam donec hostes in ea essent accederet. Sic animi enervem a viris odisse virtus solet.

Age quam graviter senatus tulit quod Q. Publium Petilium consulem fortissime adversus Ligures pugnantem occidere milites passi essent. legioni neque stipendium anni procedere neque era dari voluit. quia pro salute imperatoris hostium se telis non obtulerunt. Idque decretum amplissimi ordinis speciosum et eternum Petilii monumentum extitit. sub quo in acie morte in curia ultione clari cineres eius acquiescunt.

Consimili etiam animo cum ei Anibal sex milia Romanorum que capta in castris habebat redimendi potestatem fecisset condicionem sprevit. memor tantam multitudinem armatorum iuvenum si honeste mori voluisset turpiter capi non potuisse. quorum nescio utrum maius dedecus fuerit quod patria spei an hostis metus nichil in his reposuerit. hec pro se. ille ne adversus se dimicaret parum indurendo.

Sed cum aliquotiens senatus pro militari disciplina seuere
excubuerit / nescio an tum precipue cum milites regium oppidum
bello occupauerat / mortuo q3 duce budellio Marium cesium scriba
milites qui eo duce elegerunt
budellii ex sua sponte imperatorem delegerat / carcere inclusit . de Marco
Furio Flacco tribuno plebis denuntiante ne in ciues romanos
aduersus morem maiorum animaduerteret / nichilo minus propositum
secutus est . Ceterum quo minore cum inuidia id pageretur
milites
quinquagenos per singulos dies uirgis cesos securi percuti iussit .
qui non ante maiores dederunt in ...
eorum q3 corpora sepulture mandari / mortem q3 lugeri uetuit .

Leniter hec p. c. si cartaginensium senatus in militie negotiis
procurandis uiolentiam intueri uelimus / a quo duces bella pra-
sub
uo consilio gerentes etiam si prosperam fortuna secuta esset / cruci
tamen affigebantur . quod bene gesserant deorum immortalium adiuto-
rio / quod male commiserant ipsorum culpam imputantes .

Clearcus uero lacedemonium dux egregio dicto militie discipli-
nam continebat . identidem exercitus sui auribus inculcando a mili-
tibus imperatorem potius quam hostes metui debere . quo aperte denun-
tiabat esse futurum ut spiritum pene impenderent quem pugne
acceptum sepe dubitassent . Id q3 duce precipi non mirabantur ma-
ternarum blanditiarum memores / que eis exituris ad proeliandum
cum
monebant aut uiui armis in conspectu earum uenirent /
aut mortui in armis referrentur . hoc intra domesticos parie-
tes ab uxoribus accepto signo spartane acies dimicabant .

Sed aliena prospexisse tantummodo satis est cum propriis multo q3 ube-
rioribus et felicioribus exemplis gloriari liceat . disciplina mi-

litaris acriter retenta principatum italie romano imperio peperit. multarum urbium magnorum regum validissimarum gentium regimen largita est. fauces pontici sinus patefecit. alpium taurique montis convulsa claustra tradidit. Ortumque e parva romuli casa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius sinu quoniam omnes triumphi manarunt, sequitur ut de triumphandi iure incipiam dicere.

De iure triumphandi. C. 3.

Ob levia prelia imperatores triumphos sibi decerni desiderabant. quibus ut occurreretur, ex lege cautum est. ne quis triumpharet, nisi qui quinque milia hostium una acie cecidisset. Non enim ex numero sed ex gloria triumphorum excelsius urbis nostre futurum decus maiores existimabant. Ceterum ne tam preclara lex cupiditate lauree oblitteraretur legis alterius adiutorio fulta est. quam L. Marius et M. Cato tribuni plebei tulerunt. Penam enim imperatoribus minatur qui aut hostium occisorum in prelio aut amissorum civium falsum numerum litteris senatui ausi essent referre. Iubebaturque eos cum primum urbem intrassent, apud questores urbanos iurare de utroque numero vere ab his senatui esse scriptum.

Post has leges iudicii illius tempestiva mentio introduceretur. in quo de iure triumphandi inter clarissimas personas et actum et excussum est. Gaius Luctantius consul et Quintus Valerius pretor circa siciliam insignem penorum classem deleverat. quo nomine Luctatio consuli triumphum senatus decrevit. Cum autem Valerius sibi quoque eum decerni desideraret, negavit id fieri oportere Luctantius. ne in honore triumphi minor potestas maiori equaretur.

pertinaci qz pgressa contentione valeri in responsione luctantium
pnotauit ut suo ductu punica classis eet oppressa. Nec dubita-
uit restipulari luctati. Itaqz iudex inter eos conuenit atili calatin.
apud que valeri i huc modu egit. Consule in ea pugna claudiu
i lectica iacuisse se aute omib impatoris ptib functu. Tuc Cala-
tin pus qz luctati causaz suaz ordiret. quero inqt ualeri si dimica-
du nec ne eet contrariis inter uos sentetiis dissidisset utruz qd
cosul an qd ptor roman impasset, mai habituru fuerit mometu.
respondit valeri se no facere controuesiaz quin pores ptes cosuli
eent future. Age deinde inquit Calatin si diuersa auspitia acce-
pissetis cui magis auspitio staret. Itez respondit valeri cosuli.
Na hercules inquit cu de impio 2 auspitio disceptatione inter uos
susceperitis 2 tu utroqz aduersariu tuu supiore fuisse fateris
nichil e quo ulteri dubite. Itaqz luctati qms ad huc tacueris
sm te lite do. Mirifice iudex qui in manifesto negotio tepus teri
passus no est. probabili luctati qui ius amplissimi honoris consta-
ter defendit. h ne valeri quide improbe qui fortis 2 psptere pu-
gne ut no legitimu ita optandu premiuz petyt.

Quid facias Gneo fuluio flacco qui taz expetendu aliis tri-
umphi honore decretu sibi a senatu ob res bn gestas spreuit
ac repudiauit. Ni miru no plura mala pcerpens pter qz accide-
rint. Na ut urbez intrauit continuo questione publica afflictus
exilio mulectat est. ut siqu religionis insolentia comisisset
cu pena expiaret.

Sapientiores igit Quintus fului qui capua capta 2 lutius

Opimius qui Fragellanis ad deditionem compulsis triumphandi potestatem
a senatu petierunt. utraque editis operibus magnificus. sed neutre petite
rei compotes. non quidem ex invidia patrum conscriptorum cui numquam aditum
in curiam esse voluerunt. sed ex summa diligentia observandi iuris. quo
cautum erat ut pro aucto imperio, non pro recuperatis que populi romani
fuissent triumphus decerneretur. Tantum enim interest si adicias aliquid
an detractum restituas, quantum distat beneficii initium ab iniurie fine.
Quinetiam ius de quo loquor sic custoditum est, ut publio Sapioni
ob recuperatas yspanias, Marco Marcello ob captas Siracusis [sao] triumphis [phi]
non decerneretur. quod ad ea res gerendas sine ullo missi erant [non enim consules] magistratu.

Probentur nunc cuiuslibet glorie cupidi qui ex desertis montibus myopa
ronum et piraticis rostris laudis inopes lauree ramulos cum festina
bunda manu decerpserunt. Cartaginis ab imperio abruta hyspania
et Sycilie caput scisum Siracuse, triumphales iungere currus nequi
verunt. et quibus viris? Scipioni Marcello. quorum ipsa nomina instar
sunt eterni triumphi. Sed clarissimos vere solideque virtutis auc
tores humeris suis salutem patrie gestantes et si coronatos intueri
senatus cupiebat, iustiori tamen reservandos lauree putavit.

His illud subnectam. Moris est ab imperatore ducturo triumphum
consules invitari ad cenam, deinde rogari ut venire supersedeant.
ne quis eo die quo ille triumpharit maioris in eodem convivio sit imperii.

Verum quamvis quis preclaras res maximeque utiles rei publice in civili bello
gessisset, imperator tamen eo nomine appellatus non est. Neque ulle sup
plicationes decrete dys sunt. Neque aut ovans aut in curru triu
phavit. quia ut necessarie iste, ita lugubres existimate semper sunt.

uictorie. ut pote nō extēno s; ex domestico pāte cruore. Itaq; et
nasica Tiberiū gracū 2 G. Metellus opimij factiones mesti trunc-
cauit. Q. Catulus Marco lepido collega suo cū omib; seditionis
copiis extincto moderatū ꝑ se ferens gaudiū in urbē reuertitur.
a sanguine
Gaius etiā antoni; Catelline uictor abstersos gladios ī castra retu-
lit. Lucius Cina 2 G. Mari; hauserūt quidē auidi ciuilē sanguinem.
s; nō protin; ad templa deoꝝ 2 aras tetenderūt.

Iam. L. Silla qui plurima bella ciuilia cōfecit, cuius crudelissimi
2 insolentissimi successus fuerūt, cū cōsumata atq; constricta po-
tentia sua triumphū duceret, ut grecie 2 asie multas urbē ita
ciuiū romanoꝝ nullū oppidū uexit. Piget me tedet q; p uulne-
ra rei. p. ulteri; pcedere. lauream nec senat; cuiq; dedit nec quisquā
sibi dari desiderauit ciuitatis pte lacrimante.

Ceterū ad querculā ꝓne man; ꝓrigunt. ubi ob ciuē suatō corona
danda ē. cū qua poste auguste dom; septēna gloria triūphant.

de censoria nota. C. 4.

Castrensis discipline tenacissimū uinculū 2 militaris rōnis dili-
gens obseruatio admonet me, ut ad censuram pacis magistrā
custodē q; transgrediar. Nā ut opes ppli romani ī tantū amplitu-
dinis ex impatoꝝ uirtutib; excesserūt, ita pbitas 2 cōtinētia ce-
sorio supcilio examinata ē. Opus ē ex effectu par bellicis laudib;.
Quid enī pdest foris ēē strenuū si domi male uiuit. Expugnetur
licet urbes corripiant gentes, regnis man; iniciant. nisi foro et
curie officium ac uerecundia sua constiterit, partaꝝ rerum celo cumu-
non
lus equatus sedē stabilē habebit. ad rē igit; ptinet nosse atq;

adeo recordari acta censorie potestatis

Camillus et Postumius censores era pene nomine, eos qui ad senectutem celibes peruenerant in erarium deferre iusserunt. Iterum puniri eos dignos siquo modo de tam iusta constitutione queri sunt ausi, cum in hunc modum increparentur. Natura nobis quemadmodum nascendi ita gignendi legem scribit. parentes per uos alendo, nepotum nutriendorum ex debito siquis est pudor alligauerunt. Accedit his quod etiam fortuna longam prestandi huiusce numeris aduocationem esse^[uacationem] exequuti. cum interim consumpti sunt anni uestri et mariti et patris nomine uacui. Ite ergo et nodosam exoluite stipem utilem posteritati numerose.

Horum seueritatem M. ualerius maximus, et G. Iunius brutus bubulcus censores in consimili genere animaduersionis imitati sunt. Lutium enim Antonium a senatu mouerunt, quod quam uirginem in matrimonium duxerat, repudiasset nullo amicorum in consilio adhibito. At hoc crimen nescio superiore maius sit. Nam illo coniugalia sacra spreta tantum^[tum]. hoc etiam iniuriose tractata sunt. optimo ergo iudicio censores indignum eum in aditu curie extimauerunt.

Sic portius Cato lutium flamineum e numero senatorum sustulit. qui in prouincia quendam dampnatum morti cum securi percusserat in tempore supplicii ad arbitrium et spectaculum mulierculae, cuius ex amore electo tenebatur. et poterat inhiberi^[nec hoc fecit cato] ex respectu sui consulatus^[lucii] que is gesserat. atque ex autoritate fratris eius uiri clarissimi Gnei flaminei. Sed et censor^[officium] et Cato^[uir rigida] duplex seueritatis exemplum, eo magis illum notandum statuit, quod amplissimi honoris maiestatem suam, tam- tetro facinore inquinauerat. nec indignum pensi duxerat^[pederastus]

cu lividis ymaginibus ascribi meretricis oculos ex humano san-
guine delectatos et regis philippi supplices manus.

Quid de fabricii luscini censura loquar? Narravit omnis
etas et deinceps narrabit ab eo Conelium rofinum duobus consulatibus
et dictatura speciosissime functum, quod decem pondo vasa argentea
comparasset perinde ac malo exemplo luxuriosum in ordine sena-
torio retentum non esse. Ipse mediusfidius michi littere seculi nostri obstu-
pescere videntur, cum ad tantam severitatem referendam ministerium
accomodare coguntur, ac vereri videntur ne non acta nostre urbis
commemorare existimentur. vix enim credibile est intra idem pomerium X
pondo argenti et invidiosum fuisse censum et inopiam haberi contemptissimam.

Marcus autem antonius et L. flaccus censores duronium a senatu
moverunt, quod legem de cohercendis conviviorum sumptibus latam tribunus
plebis abrogaverat. mirifica note causa. quam enim impudenter duronius
rostra conscendit illa dicturus. freni sunt iniecti vobis quirites nullo
modo perpetiendi. alligati et constricti estis amaro vinculo servitutis. lex
enim data est que nos esse frugi iubet. abrogemus igitur istud horride vetustatis
rubigine obsitum imperium. et enim quid opus libertate si volentibus luxu perire non licet?

Age par proferamus equali iugo virtutis, honorum societate iunctum,
instructum autem emulationis odio dissidens. Claudius Nero livius
livius Quintus Salinator secundi punici belli in temporibus firmis-
sima rei publice latera quam districtam simul egerunt censuram. Nam cum equitum
turmas recognoscerent, et ipsi propter robur etatis etiam nunc corpore essent
e numero, ut est ad polliam ventum tribum, preco lecto nomine salinatoris
citandumne esset hesitavit. quod ut intellexit Nero et

citari collegā & equū uendere iussit q̄ ppli iudicio dāpnat⁹ eēt.
Salinator q̄q; cū eadē animaduersione Nerone psecut⁹ est. adiecta
cā q̄ nō cū sincera fide secū in gratiā redisset. quib⁹ uiris siqui
celestiū significasset futurū ut eorū sanguis illustriū ymaginū
ex serie deduct⁹ in ortū salutaris principis nri cōflueret, depo
sitis inimicitys, cū artissimo se amicitie federe iunxisset, sua
tā ab ipsis patriā cōmuni stirpi suandā relicturi. Salinator uo
quatuor atq; triginta tribus inter erarios referre nō dubitauit, q̄ cū
se dampnassent, postea cōsulē & censorē fecissent. ptexuit q̄q; cām
q̄ necesse eēt eas alterutro facto crimine temeritatis & piury
teneri. Vnā tantūmodo tribū Meciā uacuā nota reliquit. que
eū cū suffragys suis ut nō dampnatione ita nec honore quidē
dignū iudicauerat. Quē putem' cōsultanti & pualidi illū ingenij
fuisse qui nec tristi ex iudiciorū exitu cōpelli, nec honorū magnitudīe
adduci potuit, ut se blādiore ī administratiōe rei.p. gereret.

EQuestris q̄q; ordinis bona magnaq; pars quadrigenti ōdini iuue
nes censoriā patientie aīo sustinuerūt. quos M. Valeri⁹ & P. Sem
proni⁹ q̄ ī sicilia ad munitionū opus explicandū iure iussi facere
id neglexerūt equis publicis spoliatos ī numm erariorū retulerunt.

Turpis etiā metus censores sūma cū seueritate penas exegerūt.
M. enī atili⁹ Regulus, & L. Furi⁹ philipp⁹. M. Metellū questorē, cōplu
resq; equites romanos qui post ifeliciter comissā cannensē pugnā
cū eo abituros se italia iurauerant, direptis equis publicis inter
erarios efferendos curauerūt, eosq; graui nota affecerūt. qui cū
ī potestate anibalis euenissent, legati ab eo missi ad senatū de

p̄mutandis captiuis neq; impetrassent q̄d petebant i urbe mase-
runt. q̄ 2 romano sanguini fidē prestare conueniens erat. Et M.
Atili⁹ regul⁹ censor pfidia notabat, cui p̄r p summos cruciat⁹ expiare
q̄ fallere cartaginenses sancti ēē duxerat. Iā hec censura ex foro i
castra trāscendit. q̄ neq; timeri neq; decipi uoluit hostē.

Sequunt̄ duo eiusdē gn̄is exempla. ea q̄ adiecisse satis erit. Geta
cū a L. Metello 2 Gn. domitio censorib⁹ senatu mot⁹ ēēt, postea censor
factus ē. Itē M. ualeri⁹ messala censoria nota pstupens. potestate
censoria posmodū impauit. Rubore eīr ei omib⁹ uirib⁹ inbuerunt
ut digni ciuib⁹ uiderent, quib⁹ dari poti⁹ q̄ obici censura deberet.

De maiestate. C. 4.

Est 2 illa quasi priuata censura maiestas claroꝝ uiroꝝ sine tribu-
naliū fastigio sine apparitoꝝ ministerio potens insua amplitudie
retinenda. grato eīr 2 iocundo introitu aīs hoīz allabit̄ admirationis
p̄textu uallata, quā recte qui⁹ dixerit longū 2 beatū honorē sine
honore ēē. Nā quid plus potuit consuli q̄ ē datū reo Metello. qui
cū eīr repetundaꝝ diceret tabuleq; ei⁹ ab accusatore expostulate ad
nomē inspiciendū circha iudicū ferent̄ totū consiliū ab ea inspe-
ctione oculos auertit. ne de aliqua re que i his relatā erat uideret̄
dubitasse. Nō eīr in tabulis s; i uita Q. Metelli argumētū sincē
administrate p̄uīcie p̄na ē legenda. subinde crediderūt indi-
gnū rati integritatē tanti uiri exigua cera 2 pauc̄ l̄ris ppendi.

Sed q̄d mirū si debit⁹ honos a ciuib⁹ Metello trib⁹ est. que supior
Africano etiā hostis p̄stare nō dubitauit. Siquidē rex antioch⁹
bello quod cū romanis gerebat filiū ei⁹ a militib⁹ interceptum

honoratissime excepit, regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri remisit, quamquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. Sed et rex lacessitus maiestatem excellentissimi viri venerari quam dolorem suum ulcisci maluit.

Ad eundem Africanum in Litterna villa se continentem complures predonum duces videndum eodem tempore forte confluxerunt. quos cum ad vim faciendam venire extimasset, presidium domesticorum in tecto collocavit, eratque in his repellendis et animo et apparatu occupatus. quod ut predones animadverterent, dimissis militibus abiectisque armis ianue appropinquant, et clara voce enuntiant Scipioni non vite eius hostes sed virtutis eius admiratores venisse conspectum et congressi tanti viri conspectum quasi celeste aliquod beneficium expectantes, proinde securum se nobis spectandum non gravet. hec postquam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari eosque intromitti iubet. qui postes ianue tamquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum venerati cupide Scipionis dextram complexerunt. ac diu osculati positis ante vestibulum donis que deorum immortalium numini consacrari solent, letique Scipionem vidisse contigisse, ad lares proprios reverterunt. Quid hoc fructu maiestatis excelsius? quid etiam iocundius? hostis iram admiratione sui placavit. spectaculo presentie sue latronum gestientes oculos vidit. delapsa celo sidera hominibus sese offerant, venerationis amplius non reciperent.

At hoc quidem vivo Scipioni, illud autem Emilio Paulo extincto contigit. Nam cum exequie eius celebrarentur, ac forte tunc principes Macedonie legationis nomine Rome morarentur, funebri lecto sponte sua sese subiecerunt. quod aliquanto maius videbitur si quis cognoscat

spoliis
lecti illius fronte macedonicis triumphis fuisse adornatum. Quid?
ut ipsi eum
eum paulo tribuerunt ii quem gentis sue cladium initia per ora vul-
gi fere non exhorruerunt. quod spectaculum funeri speciem alterius
triumphi adiecit. bis enim te paule macedonia urbi nostre illustrem
ostendit, incolumem spoliis suis, fato functum humeris. Ne filii
filio scipionis maioris
quidem tui Scipionis emiliani, quem in adoptionem dando duarum
emilie et cornelie
familiarum ornamentum esse voluisti. maiestati parum honoris tributum
est. Eum enim adolescentem admodum a lucullo consule petendi auxi-
simissa
lii gratia ex hyspania in africam missum cartaginenses et mas rex
conduxerunt ex omnibus propter maiestatem eius [illegible]
de pace disceptorem velut consulem et imperatorem habuerunt. Ignara fa-
torum suorum cartago, orientis enim illud iuventutis decus deorum atque
hominum indulgentia ad excidium eius alebatur ut super cognomen afri-
cani capta postea eversa cornelie genti daret.

Quid damnatione, quid exilio miserius? At qui paulo rutilo conspi-
qui colligebant censum [illegible] in exilium misso
ratione publicanorum perculso auctoritatem adimere non valuerunt.
Cui asiam petenti omnes provincie illius civitates legatos secessum eius
operientes obviam miserunt. Exulare aliquis hoc loco an trium-
phare iustius dixerit.

Gaius etiam Marius in profundum ultimarum miseriarum abiectus ex ipso
vite discrimine beneficio maiestatis emersit. Missus enim ad eum
occidendum in privata domo minturnis clausum servus publicus natio-
flandrensis
ne Cymber et senem inermem et squalore obsitum strictum gladium tenens
aggredi non sustinuit. et claritate viri occecatus abiecto ferro atto-
nitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos

hominis constrinxit, devicteque gentis sue interitus aciem comminuit, etiam
diis immortalibus indignum ratus, ab uno eius nationis interfici Marium
quam totam deleverat.

Minturnenses ante maiestatem illius capti compressum iam et constrictum
dira fati necessitate incolumem prestiterunt. Nec fuit eis timori aspe-
rrima Sille victoria, cum presertim ipse Marius eos a conservando Mario absterrere

Marium quoque Porcium Catonem admiratio sanctis ac sincere vite
adeo venerabilem senatui fecit, ut cum invito G. Cesare consule
adversus publicanos dicendo in curiam absumeret, et ob id iussu
eius a lictore in carcerem duceretur, universus senatus illum sequi non
dubitaret. Que res divini animi pertinaciam flexit.

Eodem ludos Florales quos Messius edilis faciebat spectante, populus
ut mime nudarentur postulare erubuit. Quod cum ex Favonio amicis-
simo una sedente cognovisset, Matiales nosse iocos, sacrum cum dulce
Flora, cur in teatro Cato severe venisti? An ideo tantum veneras ut
exires? Discessit e teatro ne presentia sua spectaculi consuetudinem
impediret. Quem abeuntem ingenti plausu populus prosecutus priscum iocorum
morem in scenam revocaverunt, confessus plus se maiestatis uni illi
tribuere quam sibi universo vindicare. Quibus opibus, quibus imperiis, quibus
triumphis hoc datum est? Exiguum viri patrimonium, astricti continentia
mores, modice clientele, domus ambitioni clausa, paterni generis una ymago,
minime blanda frons, sed omnibus numeris perfecta virtus. Que quidem efficit ut
quisquis sanctum et egregium civem significare velit, sub nomine Catonis diffiniat.

Dandum est aliquid loci etiam alienigenis exemplis ut domestica

asperam ipsa ueritate delectent. Armodii et Aristogitonis qui athenas
[a domo tirannorum]
tirannide liberari conati sunt effigies. Eneas Xerses ea urbe deuicta
in regnum suum transtulit. longo deinde interiecto tempore Seleucus in pristinas
[athenienses]
sedes reportandas curauit.

Rodii quoque eas urbi sue appulsas. cum hospitio publice inuitasset. sacris
[statuas]
etiam puluinaribus collocauerunt. Nichil hac memoria felicius que tantum
uenerationis in tam paruulo ere possidet. Equatum paruo athenis xeno-
crati sapientia pariter ac sanctitate claro tributum est. cum testimo-
nium dicere coactus ad aram accessisset. ut more eius ciuitatis iuraret
omnia se uera retulisse. uniuersi iudices consurrexerunt. proclamaue-
runt que ne ius iurandum diceret. quodque sibimet ipsis postmodum dicende
sententie loco remissuri non erant. sinceritati eius concedendum existimauerunt.

Incipit liber tertius

De indole. c. i.

Attingam nunc quasi cunabula quedam et elementa uirtutis
animique procedente tempore ad summum glorie cumulum peruenturi
certo cum indolis experimento dato gestus [illegible] referam.
[de domo lepidorum . xv . l . cum annorum] [duce tusculanorum] [consule]
Emilius lepidus puer etiam tum progressus in aciem hostem interemit. ciuem
seruauit. cuius tam memorabilis operis index est in capitolio statua bul-
[induta]
lata et incincta pretexta senatus consulto posita. Iniquum enim putauit eum
honori nondum tempestiuum uideri qui iam uirtuti maturus fuisset. pre-
currit igitur lepidus etatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate.
duplicemque laudem e prelio retulit. cuius eum uix spectatorem anni esse
patiebantur. arma enim infesta et districti gladii et discursus telorum

et adventantis equitatus fragor et concurrentium exercituum impetus iuvenibus quoque aliquantum terroris incutiunt. Inter que gentis Emilie pueritia coronam mereri et spolia rapere valuit.

Hic spiritus ne Marci quidem Catonis pueritie defuit. Nam cum domo M. Drusi avunculi sui educaretur et ad eum tribuni plebis latinorum de civitate impetranda convenissent, a Q. Popedio latini principe Drusi hospite rogatus ut apud avunculum adiuvaret, constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde ac sepius interpellatus in proposito perstitit. Tunc Popedius in excelsam edium partem levatum abiecturum se inde nisi precibus obtemperaret minatus est, nec hac re ab incepto moveri potuit. Expressa est itaque vox hominis: gratulemur nobis latini et socii hunc esse tam parvum senatum, quo senatore nec sperare quidem nos civitatem licuisset. Tenero ergo animo toti curie gravitatem percepit, perseverantiaque sua latinos iura nostre civitatis apprehendere cupientes repulit.

Idem cum salutandi gratia pretextatus ad Sillam venisset et capita proscriptorum in atrium ablata vidisset, atrocitate rei commotus, pedagogum suum nomine Sarpedonem interrogavit quare nemo inveniret qui tam crudelem tirannum occideret. Cumque is non voluntatem hominibus sed facultatem deesse, quia salus eius magno presidio militum custodiretur, respondisset, ut ferrum sibi daret obsecravit, affirmando perfacile se eum interfecturum, quia in lecto illius considere soleret. Pedagogus et animum Catonis agnovit et propositum exhorruit, eumque deinde ad Sillam semper excussum eduxit. Nichil hoc admirabilius: puer in officina crudelitatis deprehensus victorem non extimuit, tum maxime consules, municipia, legiones, equestris ordinis maiorem partem trucidantem. Et qui ipsum Marium illo loci statuisset,

celerius

celeri⁹ aliquid de sua fuga q̄ȝ de Sille nece cogitasset.

Qui filiū fausti .G. Cassi⁹ cōdisapulū suū ī scola ꝓscriptiones pr̄nas laudantē, ipsūq; q; eū p etatē potuisset, idē facturū minātē colapho pcussisse. digna manū que publico parricidio se nō cōtaminaret.

Et ut a grecis aliquid habeam⁹ alcibiades ille cui⁹ nescio utrū bona an uitia p̄tis pnitiosiora fuerint. Ille eū ciues suos decepit. hic afflixit. Cū adhuc puer ad auunculū suū periclem uenisset, eūq; secreto sedentē tristē uidisset. interrogauit quid ita uultu tantā cōfusionē gereret. at illo dicente mandato se ciuitatis ppila minēne que sūt ianue arcis edificasse, cōsumptaq; ī id opus īgenti pecunia nō inuenire quo pacto ministerij rōnez redderet. atq; de eo cōflictari. Ergo inquit quere poti⁹ queadmodū rōnē nō reddas. Itaq; amplissim⁹ uir ⁊ prudentissim⁹ suo cōsilio defect⁹ pueri usus ē. atq; id egit ut athenienses finitimo implicati bello rōnib⁹ exigendis nō uacarent. Sz uiderit athene utrū alcibiadē lamētentur an glorientur. qm adhuc inter execrationē hois ⁊ admirationē dubio mentis iudicio fluctuant. Nos qui iā initia pculsusq; uirtutis patefecim⁹ actū ipsius ꝓsequamur cui⁹ ponderosissima uis ⁊ efficacissimi lacerti in fortitudine cōsistunt.

De fortitudine. C. 2.

Nec me p̄terit conditor urbi⁹ nr̄e Romule principatū hoc t̄ in gn̄e laudis assignari oportere. Sz patere obsecro uno te p̄turi exemplo. cui ⁊ ipse aliquanto honoris debes. qz beneficio illi⁹ effectū ē ne tā preclarū opus tuū roma dilaberetur.

Etruscis in urbē ponte sublicium irruentib⁹ orati⁹ clocles

extremam eius partem occupavit. totumque hostium agmen donec post
tergum suum pons corrumperetur infatigabili pugna sustinuit. atque ut
patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in tiberim misit.
Cuius fortitudinem dii immortales admirati incolumitatem ei sinceram
prestiterunt. Nam neque altitudine eiectus quassatus nec armorum pondere
pressus nec ullo vertiginis circuitu actus, ne telis quidem que undique
congerebantur lesus. tutum natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium
tot hostium in se oculos convertit, stupentes illos admiratione, hos inter
letitiam et metum hesitantes. Unusque duos acerrima pugna consertos exer-
citus alterum repellendo alterum propugnando distraxit. denique unus ur-
bi nostre tantum scuto suo quantum tiberis alveo munimenti attulit.
Quapropter discedentes Etrusci dicere potuerunt. romanos vicimus. ab
oratio victi sumus.

Immemorem me propositi mei Cloelia pene facit. Eadem enim tempe-
State contra et adversus eundem hostem et in eodem tiberi inclitum ausa facinus
Inter ceteras enim virgines obses porsenne data hosti, nocturno tempore
custodiam egressa equum conscendit, celerique traiectu fluminis non solum
obsidione sed etiam metu patriam solvit. viris puella lumen virtutis preferendo.

Redeo nunc ad Romulum qui ab acrone Cenigetum rege ad di-
micandum provocatus, quamquam et numero et fortitudine militum superiorem se cre-
deret tutiusque erat cum toto exercitu quam solus in aciem descendere,
sua potissimum dextera omen victorie corripuit. nec inceptum eius
fortuna defuit. Occiso enim acrone fusisque hostibus opima de eo spo-
lia Iovi feretrio retulit. hactenus istud. quia publica religione con-
secrata virtus nulla privata laudatione indiget.

42

ab

A Romulo proximus Cornelius Cossus eidem deo spolia consecrauit. cum magister equitum ducem fidenatium in acie congressus interemisset. magnus initio huiusce glorie generis inchoate glorie romulus. Cosso quoque multum acquisitum est. quia imitari Romulum ualuit.

Nec M. quidem Marcelli memoria ab his exemplis debeat separari. in quo tanti uigor animi fuit, ut apud padum gallorum regem ingenti exercitu stipatum cum paucis equitibus inuaderet. quem protinus obtruncatum armis exuit, eaque ioui feretrio dicauit.

Eodem et uirtutis et pugne genere usi sunt Torquatus Mallius et ualerius coruinus et Emilianus Scipio. hi etiam ultro prouocatos hostium duces interemerunt. sed quia sub alienis auspiciis rem gesserant spolia Ioui feretrio non posuerunt consacranda.

Idem Scipio Emilianus cum in yspania sub lucullo duce militaret, atque intercatiam preualidum oppidum circumsederet, primus menia eius conscendit. Neque erat in eo exercitu quisquam aut nobilitate aut animi indole aut futuris actibus, cui magis saluti patrie et consuli deberet. sed tunc clarissimus quisque iuuenum pro amplianda et tuenda patria plurimum laboris ac periculi sustinebat, deforme sibi existimans quos dignitate prestaret ab his uirtute superari. Ideo quoque Emilianus militiam hanc aliis propter difficultatem uitantibus sibi deposcit.

Magnum inter hec fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani gallorum exercitu pulsi, cum se in Capitolium et arcem conferrent, in quibus collibus morari omnes non possent, necessarium consilium in plana parte urbis relinquendorum senum ceperunt. quo facilius iuuentus reliquias imperii tueretur. Ceterum ne illo quidem tam misero tamque

luctuoso tp̄re ciuitati nr̄a uirtutis sue oblita ē. defuncti senes ex ho-
norib' apti ianuis, ī curulib' sellis cū insignib' magistratuū quos
gesserat sacerdotiorūq; que erant adepti consederunt. ut ꝛ ipsi
ī occasu suo splendore ꝛ ornamēta p̄terite uite retinerent.
ꝛ plebē ad forti' sustinendū casus suos prouocarent. uenerabilis
eorum aspect' p̄mo hostib' fuit, ꝛ nouitati rei ꝛ magnificentia
cultus, ꝛ ipso audacie gn̄e commot'. s; quis dubitaret quin et
galli ꝛ uictores illā admiratione mox ī risū ꝛ ī omē contumelie
gen' conuersuri ēent. Nō expectauit igit' hanc iniurie matu-
ritatē. c. atilius. uerū barbā suā p̄mulcenti gallo scipionem
uehementi ictu capitis influxit. eiq; ꝓp dolore ad se occidendū
uenienti cupidius corpus obtulit. Capi ergo uirtus nescit. patientia
dedecus ignorat. fortune succumbere omī fato t̄sti' ducat. noua
ꝛ speciosa gn̄a interit' excogitat siquisq; interit qui sic extinguit'.
Redendus ē nunc romane iuuentuti debit' glie titulus. Quinto
catulo sempronio atratino consule cū uolscis apud uerruginē parū
prospere dimicante, ne acies nr̄a iā inclinata ꝓpelleret' equis
delapsa, se ipsā centuriauit. atq; hostiū exercitū irrupit. impe-
tū excepit. quo demoto proximū occupauit tumulū. effecitq;
ut oīs uolscorum ī se uersus impet' legionib' nr̄is ad confirmandos
aīos salutare laxamentū daret. itaq; cū iā de tropheis statuendis
cogitaret p̄liū nocte dirimēte uictores an uicti discederet ī certi
abierunt.
Strennuus ille q; flos ordinis equestri, cui mira
uirtute fabi' maxim' rutilian' magister equitū bellū quod ad
uersus samnites gerebat' male commissi belli crimine leuat' est.

Nam que papirio cursore dictatore auspitia repetenda in urbem proficiscente
castris prepositus ac uetitus in aciem exercitum ducere, nichilo minus
manum cum hoste sed non tam feliciter quam temere conseruit. procul du-
bio enim superabatur. Ceterum optime indolis iuuenis detractis equo-
rum frenis, uehementer eos calcaribus stimulatos in aduersus
Samnites egit. obstinata que animi prestantia extorta manibus hostium
uictoriam et cum ea spem maximi ciuis rutilianus patrie restituit.
Qualis deinde roboris illi milites qui uehementi remorum concitatam
fugam punicarum classem natantes liberi pelagi brachiorum firmi-
tate pedites in litus retraxerunt.

Eiusdem temporis et note milites qui Canensi prelio quo Annibal
magis uires romanorum contundit quam animos fregit, cum ad reti-
nenda arma inutiles uulneribus manus haberet spoliare se
conatus numidie ceruicem complexus os naribus et auribus corrosis
deforme reddidit, inque plenus ultionis morsibus expirauit. Se-
pone iniquum pugne euentum quantum interfectore fortior
interfectus. penus in uictoria obnoxius morientis solatio fuit.
Romanus in ipso fine uite uindex sui extitit.

Militis huius in aduerso casu tam egregius quam uirilis animus
quam relaturus sum imperatoris. Paulus enim Crassus cum Aristonico
bellum in Asia gerens a Traicibus quorum is quoque magnum numerum
in presidio habebat inter Eleam et Smirnam exceptus ne in dedi-
tionem eius perueniret, dedecus accersita ratione mortis effugit.
Uirgam enim qua ad regendum equum usus fuerat in unius barbari
oculum direxit. qui ui doloris accensus latus Crassi sica

confodit. duxque se ulciscat romanum imperatorem maiestatis amisse tur-
pitudine liberauit. Ostendit fortune Crassus quam indignum uirum
tam graui contumelia afficere uoluisset. quoniam quidem iniectos ab ea
libertati sue miserabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter
rupit. donatumque se iam aristonico dignitati sue reddidit.

Eodem mentis proposito usus est Scipio. Nam cum infeliciter Gn. pompei
generi sui defensis in africa partibus classe hyspaniam peteret cumque ani-
maduertisset nauem in qua uehebatur ab hostibus captam, gladio precor-
dia sua transuerberauit. ac deinde prostratus in puppe querentibus
cesarianis militibus ubinam esset imperator, respondit imperator se
bene habet. tantum eloqui ualuit, quantum ad testandum animi for-
titudinem eterne laudi satis erat.

Tui quoque excessus clarissime Cato in uita monumentum est. In qua
ex fortissimis uulneribus tuis plus glorie quam sanguinis emanauit.
Siquidem constantissime in gladium incumbendo magnum hominibus documen-
tum dedisti. quanto potior esse debebat probis dignitas sine uita
quam uita sine dignitate. Cuius filia minime muliebris animi, que
cum bruti uiri sui consilium de interficiendo Cesare ceperat ea
nocte quam dies teterrimi facti secutus est cognouisset egresso cu-
biculum bruto cultellum tonsorium quasi unguium resecandorum causa po-
poscit, eoque uelut forte elapso se uulnerauit. clamore deinde
ancillarum reuocatus in cubiculo brutus obiurgare eam cepit quod tonso-
ris preripuisset officium. Cui secreto portia non est hoc inquit
temerarium factum meum, sed in tali statu nostro amoris mei erga
te certissimum indicium. Experiri enim uolui si tibi propositum parum

ex sententia cessisset, quia equo animo me ferro decet interruptura.

Felicior progenie sua superior Cato a quo Porciae familiae principia manarunt. Qui cum in acie ab hoste vehementer [tis plurimum periculo] periculo peteretur, vagina gladius eius elapsus decidit. quem subiectum plantum globo atque undique hostilibus pedibus circumdatum, postquam abesse sibi animadvertit, adeo constanti animo in suam potestatem redegit, ut illum non periculo oppressus recepisse, sed metu vacuus sumpsisse videretur. quo spectaculo attoniti hostes postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

Togae [vel pacis] quoque fortitudo militaribus operibus inserenda est, quia eandem [fortitudo] laudem foro atque castris edita meretur. Cum Ti. Graccus in tribunatu profusissimis largitionibus favore populi occupato rem publicam oppressam teneret, palamque dictitaret interempto senatu omnia per plebem agi debere, in aedem Fidei publicae convocati patres conscripti a consule Mutio Scaevola quidnam in tali tempestate faciendum esset deliberabant, cunctisque censentibus ut consul armis rem publicam tueretur, Scaevola negavit se quicquam vi esse acturum. Tum Scipio Nasica, quoniam inquit consul dum iuris ordinem sequitur, id agit ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat, egomet privatus me voluntati vestrae ducem offero. ac deinde levam manum [parte] aperte togae circumdedit, sublataque dextra proclamavit. Qui rem publicam salvam esse volunt me sequantur. Eaque voce cunctatione bonorum civium discussa Graccum cum scelerata factione quas merebatur poenas persolvere coegit. — No. magnanimitatem Scipionis contra Graccum rem publicam labefactare et contenere cupientem

Item cum tribunus plebis Saturninus et praetor Glautia et Equitius designatus tribunus plebis maximos in civitate nostra seditionum motus excitavisset, nec quisquam se populo concitato opponeret, primum Marius — No. magnitudinem Marii emilii contra Saturninum et alios seditiosos rei publicae

Emili⁹ Scaur⁹ Gaiu̅ mariu̅ co̅sulatu̅ sextu̅ gere̅te3 ho̅tat⁹ e̅, ut libe̅tate3 legesq3 manu̅ 7 a̅mis defenderet. protinusq3 arma sibi afferi iussit, quib⁹ ab latis ultima senectute co̅fectum 7 pene dilapsu3 co̅rpus induit. spiculoq3 innixus ante fore̅ curie co̅stitit. ac pa̅uculis 7 extremis sp̅us reliquijs ne res p̅ expiraret effecit. p̅sentia eni3 animi sui senatu3 7 equestre̅ ordine̅ ad uindicta̅ exige̅da3 impulit.

Sed ut a̅mor3 toge sup̅i⁹, ita nu̅c sideru̅ claru̅ decus diuu̅ Juliu̅ ce̅tissima̅ uere u̅tutis effigie̅ rep̅sentem⁹. cu̅ inumerabili multitudine 7 feroci impetu ne̅uioru̅ inclinari aciem sua̅ uideret timidi⁹ pugnati militi scutu̅ detraxit, eoq3 tectu̅ acerrime p̅liari cepit. quo facto fo̅titudine̅ p̅ totu̅ exe̅citu̅ diffudit. labente̅q3 belli fo̅tuna̅ diuino a̅i ardore restituit.

Idem alio p̅lio legionis ma̅tie aquilifero3 i̅ eunde̅ fuge gra̅ia̅ conue̅su3 faucib⁹ co̅p̅hensu3 i̅ co̅traria̅ pa̅te3 detraxit, dexteru3q3 ad hoste̅ tendens, quoorsu3 tu inquit abis? illic sunt cu̅ quib⁹ dimicam⁹, 7 manib⁹ quide̅ unu̅ milite̅, adho̅tatione uo̅ta3 acri, omniu3 legionu̅ trepidatione̅ co̅rexit, uinciq3 paratas uincere docuit.

Ceteru̅ ut humane u̅tutis actu3 exequamur, cu̅ Anibal Capua3 i̅ qua roman⁹ exe̅cit⁹ erat, obsideret. Jubi⁹ actens pelignę coho̅tis p̅fect⁹ uexillu3 trans punicu̅ uallu̅ proiecit. se ipsu3 suosq3 co̅militones si eo hostes potiti e̅ent execratus, 7 ad id petendu̅ subseque̅te coho̅te p̅m⁹ impetu̅ fecit. quod ut ualeri⁹ flaccus tribun⁹ te̅tie legionis aspexit co̅uersus

ad suos spectatores inquit. ut uideo aliene uirtutis huc ueni.
sed absit istud dedecus a sanguine nostro. ut romani gloria cedere
[peligni] latinis uelint. Ego uero aut speciosam optaui mortem. aut fe-
licem audacie exitum ut solus periculum parat[us] sum. his auditis
Padam[us] centurio conuulsum signum dextera retinens. iam hoc inquit
intra hostile uallum meum erit. proinde sequatur qui id capi
noluit. et cum eo in castra penorum irrupit. totamque secum traxit le-
gionem. Ita trium hominum fortis temeritas anibalem paulo ante spe
sua capue potitorem nec castrorum quidem suorum potentem esse passa est.
Quorum uirtuti nichil cedit. Q. ocius qui propter fortitudinem achilles
cognominatus est. Nam ut reliqua eius opera non exequar. habunde
tamen duobus factis que relaturus sum quantus bellator fuerit cogno-
scetur. Q. Metello consule legatus in hyspaniam profectus celtiberiam
sub eo bellum gerens. postquam cognouit a quodam gentis huius iuuene se ad
dimicandum prouocari. erat ante forte prandendi gratia posita mensa relicta
ea arma sua extra uallum deferri equum clam iussit. ne a metello impediretur.
et illum celtiberum insolentissime equitantem consectatus interemit. de-
tractisque corpori eius exuuiis ouans letitia in castra retulit.
Idem pyresum nobilitate ac uirtute omnes celtiberos prestantem cum
ab eo in certamen pugne deuocatus esset submittere sibi
coegit. Nec erubuit flagrantissimi pectoris iuuenis gladium
ei suum et sagullum utroque exercitu spectante tradere. Ille uero etiam
[uel societatis et amicitie] petiit ut hospitii iure inter se iuncti essent. quoniam inter romanos
et celtiberos pax foret restituta.
Nec atilium preterire possumus. qui cum decime legionis miles

·I·

pro C. Cesaris maritima pugna pugnaret, abscisa dextra quam Massilie-
tium navi iniecerat, leva puppim apprehendit, nec ante dimicare
destitit quam captam profundo mergeret. Quod factum parum ista no[ti]tia patet.
At [cy]negirum Atheniensem simili pertinacia in consectandis hostibus usum ve-
bosa cantu laudum suarum gratia [greca] omnium seculorum memorie litterarum preconio inculcat.
Classicam Atilii gloriam terrestri laude M. Cesius Sceva eiusdem imperato- de M. S[ceva]
ris centurio subsecutus est. Cum pro castello cui prepositus erat dimica-
ret, Gnei Pompei prefectus iussu eius summo studio et magno militum
numero ad eum capiendum irrueret, omnes qui propius accesserat
interemit, ac sine ullo regressu pedem pugnans super ingentem
stragem quam ipse fecerat corruit. Cuius corpus cum capite humero
femore saucio, oculo eruto scutum centum et viginti ictibus perfossum
apparuit. Tales in castris divi Iulii disciplina milites alit, quorum
alter dextra alter oculo amisso hostibus inhesit. Ille post hanc [mr] iac-
turam victor, hic ne hac quidem iactura victus. No. admirabile fortitudinem
Tuum vero Sceva inexsuperabilem spiritum in utraque parte rerum nature
admiratione prosequar. Nescio quam excellentiori virtute dubium re-
liquisti, inter undas ne pugnam fortiorem ediderit an in terra vo-
cem miseris. Bello namque quo C. Cesar non contentus opera sua litoribus
Occeani claudere Britannice [i. anglie] insule celestes iniecit manus. Cum quattuor
commilitonibus rate transvectus in scopulum vicinum [in] insule quam hosti-
um ingentes copie obtinebant, postquam estus regressu suo spatium
quo scopulus et insula dividebantur in vadum facile transitu re-
degit, ingenti multitudine barbarorum affluente, ceteris rate ad
litus regressis, solus immobilem stationis gradum retinens, undique

ruentibus telis, et ab omni parte acri studio ad evadendum nitentibus
quinque militibus divino proelio suffectura pila, una dextra hostium
corporibus adegisti (administrasti). ad ultimum districto gladio audacissimum quemque
modo umbonis impulsu, modo mucronis ictu repellens, hinc roma-
nis illinc britannis oculo incredibili dum tenereris spectaculo fui-
sti. posque te inde ira ac pudor cuncta conari fessos (illos) coegit, tragu-
la femur traiectus, saxique pondere ora contusus, galea iam ictibus
discussa, et scuto crebris foraminibus assumpto profundo te credidisti.
ac duabus loricis onustus inter undas quas hostili cruore infeceras
enatasti. visoque imperatore (iulio) armis non amissis sed bene impensis cum lau-
dem mereris veniam petisti. magnus proelio sed maior disciplinae mi-
litaris memoria. Itaque ab optimo virtutis extimatore, tum facta
tum etiam verba tua centurionatus honore donata sunt.

SED quod ad proeliatorum excellentem fortitudinem attinet, merito L.
Sicci dentati commemoratio omnia romana exempla finierit. Cuius
opera honoresque operum ultra fidem veri excedere iudicari possent
nisi ea certi auctores, inter quos M. varro monumentis suis
testata esse voluissent. Quem centies et vigenties in aciem descendisse
tradunt eo robore animi atque corporis utentem, ut maiorem semper
victoriae partem traxisse videretur. sed et triginta spolia ex hoste re-
tulisse: quorum in numero octo fuisse, cum quibus inspectante utroque
exercitu ex provocatione dimicasset. quatuordecim cives ex media
morte raptos servasse. Quinque et quatraginta vulnera pectore ex-
cepisse, tergo cicatricibus vacuo. novem triumphales imperatorum currus
secutum, totius civitatis oculos in se numerosa pompa donorum convertentem.

pro ciuibus liberatis — dicit de illis qui in muris clausi et nullum subsidium spec[tabant]

i. ab obsessis data — i. anulos aureos pro ornamento — ornamenta victorie

preferebantur cum auree corone octo, ciuice .xiiii. murales tres, obsidionales .xiii. torques .clxxxiii. armille .clx. pharetre xxv. ornamenta etiam legioni nedum militi satis multa. [haste .x...]

Ille quoque ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione tractus cruor confusus est. in quo oppido cum Fuluius Flaccus pro campana perfidia principes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio afficiendos iudicaret, litterisque a senatu acceptis finem pene eorum statuere cogeretur, ultro se ei titus Iubellius taurea campanus optulit. et quam potuit clara uoce. Quoniam inquit Fului tanta cupiditate hauriendi sanguinis nostri teneris, quid cessas in me cruentam securem distringere? ut gloriari possis fortiorem aliquem uirum quam ipse es tuo iussu esse interemptum. Eo deinde dicente libenter id se fuisse facturum nisi senatus uoluntate impediretur, et affirmante: ad me inquit cui patres conscripti nichil preceperunt aspice oculis quidem tuis gratum animo tuo maius opus edente. protinus interfecta coniuge ac liberis gladio incubuit. quem illum uirum putemus fuisse, suorum ac sua cede testari uoluit se Fuluii crudelitatem sugillare quam senatus misericordia uti maluisse.

Age Darii quantus ardor animi, qui cum sordida magorum tirannide Persas liberasset, unum quoque ex his obscuro loco abiectum corporis pondere urgeret, preclari operis socio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petisset ipsum uulneraret: tu uero inquit nichil est quod respectu mei gladio timidius utaris, ut [et illud] per utrumque id agas licet, dum hic quam celerrime pereat.

Hoc loci Leonidas nobilis Spartanus occurrit. cuius proposito operi exitu nichil fortius. Nam cum .ccc.tis ciuibus apud Termophilas toti Asie obiectus, grauem illum et mari et terre Xersem, nec hominibus tantum terribilem sed Neptuno

q(uo)d corpes(?) et chaos tenebrarum [isto] minitante pertinacia virtutis ad ultimam de-
sperationem redegit. Ceterum perfidia et scelere incolarum regionis eius et loci opor-
tunitate quo plurimum adiuvabatur spoliatus [v. occid(er)e] occidere dimicans quam assignatam
sibi a patria stationem deserere maluit. itaque alacri animo suos ad id prelium
quo perituri erant cohortatus est ut diceret sic prandete commilitones
tamquam apud inferos cenaturi. mors erat denuntiata. Lacedemonii fide
ac victoria esse promissa ductori intrepidi paruerunt.

Othriadesque pugna pariter ac morte speciosa Tireatium laude quam spatio
latius solum tenuit. qui sanguine suo scriptis litteris direpta hostibus victo-
ria tamen post fata sua in sinum patrie cruento trophei titulo retulit.

Excellentissimos [v. Lacedemoniorum] Spartane civitatis proventus miserabilis lapsus sequitur.
Epaminundas [dux athenensium] maxima Tebarum felicitas, idemque Lacedemoniis prima
clades, cum vetustam eius urbis gloriam, invictamque ad id tempus publicam
virtutem apud Leutram et Mantineam secundis preliis contundisset. tra-
iecta hasta sanguine et spiritu deficiens recreare se conatos primum
an clipeus suus salvus esset, deinde an penitus fusi hostes forent
interrogavit. que postquam ex animi sententia comperit, non finis inquit commili-
tones vite mee, sed melius et altius initium advenit. nunc enim vester
Epaminundas nascitur quia sic moritur. Tebas ductu et auspiciis meis
caput grecie factas video. et fortis et animosa civitas Spartana iacet
armis nostris abiecta, amara dominatione [grecia] grecia nostra liberata est.
Orbus quoque non tamen sine liberis morior, quoniam mirificas filias Leutram
et Mantineam relinquo. e corpore deinde suo hastam educi iussit.
eoque vulnere expiravit. Quem si eum dii immortales victoriis suis passi
essent perfrui, sospes gloriosior patrie menia non intrasset.

At ne Theramenis quidem atheniensis in publica custodia mori coacti
parua mentis constantia, qui a .xxx. tirannorum iusso porrectam ueneni
potionem non dubitanter hausit. quodque ex ea superfuerat iocabundus
illisum humo clarum edere sonum coegit. ridensque seruo publico qui eam
tradiderat, Critio inquit propino. uide igitur ut poculum hoc ad eum
continuo perferas. Erat autem is ex .xxx. tirannis crudelissimus. profec-
to supplicio est se liberare tam facile supplicium perpeti. Itaque Theramenis
perinde in domestico lectulo moriens uita recessit inimicorum extimatione
punitus, suo iudicio finitus. Sed Theramenis a libris et doctrina militare traxit.

Numantino uero Theogeni ad consimilem uirtutem capescendam quasi
magistra gentis sue ferocitas extitit. perditis namque et afflictis rebus
numantinorum cum omnes eius ciues nobilitate pecunia honoribus prestaret,
uicum suum qui in ea urbe speciosissimus erat contractis undique nu-
trimentis ignis concendit, protinusque strictum gladium in medio po-
suit. at binos inter se dimicare iussit, ut uictus incisa ceruice
ardentis tectis superiaceretur uictor. qui cum tam forti lege mortis omnes as-
sumpsisset ad ultimum se ipse flammis inmersit.

Verum ut eque propositi romani inimice urbis exadium referam.
Cartagine capta uxor Anibalis exprobrata ei impietate quod a
Scipione sibi soli impetrare uitam contenta fuisset. dextera le-
uaque comunes filios mortem non recusantes trahens incendio se
flagrantis patrie obiecit. Mulieris fortitudinis exemplo eque fortem
duarum puellarum casum adiciam.

Cum pestifera seditione Syracusarum toga regis Gelonis stirps
euidentissimis exhausta cladibus ad unicam filiam Armoniam

virginem esset redacta et in eam etatis ab inimicis impetus fieret, nutrix eius equalem illi puellam regio cultu ornatam hostilibus gladiis subiecit. Que ne ferro quidem trucidaretur cuius esset conditionis ederet. proclamavit admirata illius animum Armonia et tante fidei superesse non sustinuit, revocatosque interfectores professa quenam esset in cedem convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vite fuit.

De patientia. c. 3.

Egregiis virorum pariter ac feminarum operibus fortitudo se oculis hominum subiecit, patientiamque in medium procedere hortata est, non sane infirmioribus radicibus stabilitam aut minus generoso spiritu habundantem, sed ita similitudine iunctam, ut cum ea ut ex ea nata videri posset.

Quid enim his que supra retuli facto Mutii (Scevole) convenientius? Cum a Porsena rege etruscorum urbem nostram gravi ac diutino bello urgeri egre ferret, castra eius clam ferro cinctus intravit, ymolantemque ante altaria conatus occidere est. Ceterum inter molitiones pii pariter ac fortis propositi oppressus nec causam adventum texit, et tormenta quantopere contempneret mira patientia ostendit. perosus enim credo dextram suam quod eius ministerio in cede regis uti nequisset, iniectam foculo exuri passus est. Nullum profecto dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis viderunt. Ipsum quoque Porsenam oblitum periculi sui ultionem suam vertere in admirationem coegit. Nam revertere inquit ad tuos Muti et eis refer te cum vitam meam petieris, a me vita donatum. Cuius clementiam non adulatus Mutius

tristior porsenne salute, quam sua letior. urbi se cum eterne glorie cognomine Sceuolam reddidit.

POmpei etiam probabilis uirtus. qui dum legationis officio fungeretur, a Gentio rege interceptus est. Cum senatus consilia prodere iuberetur, ardenti lucerne admotum digitum cremandum prebuit. ea quoque patientia regi simul et desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit. Et expetende rei p. amicitie magnam cupiditatem ingenerauit.

AC ne plura huiusce generis exempla domi scrutando sepius ad ciuilium bellorum detestandam memoriam progredi cogar, duobus romanis exemplis contentus, que ut clarissimarum familiarum commendationem ita nullam publicam memorationem continent, externa subnectam.

UEtusto macedonie more regi alexandro nobilissimi pueri presto erant sacrificanti. e quibus unus turibulo accenso ante ipsum astitit. In cuius brachio carbo ardens delapsus est. quo et si ita urebatur ut adusti corporis eius odor ad circumstantium nares perueniret, tamen et dolorem silentio pressit, et brachium inmobile tenuit, ne sacrificium alexandri aut concusso turibulo impediret, aut edito gemitu regias aures aspergeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus hoc certius perseuerantie experimentum sumere uoluit. Consulto enim sacrificauit diutius. nec hac re eum a proposito repulit. Si huic miraculo darius inseruisset oculos, scisset eius stirpis milites uinci non posse. cuius infirmam etatem tanto robore animaduertisset.

EST et illa uehemens et constans animi militia litteris pollens, uenerabilium doctrine sacrorum antistes philosophia. que ubi pectore recepta est omni inhonesto atque inutili affectu depulso totum in solide uirtutis

munimento cõfirmat. potentiq; metu faciat ac dolore.

INcipiã autẽ a Zenone eleante. qui cũ ẽẽt ĩ inspiciẽnda rerũ natura maxĩ prudentie. in q; excitandis ad uigorẽ iuuenum aĩs promtissimus pceptorũ fidẽ exemplo uirtutis sue publicauit. pria eñ egressus ĩ qua frui secura libẽtate poterat. agrigentũ miserabili s̃uitute obrutũ petit. tanta fiducia ingenii ac moꝝ suoꝝ fret⁹. ut sperauit a tirãno ẽ phalari uesane mẽtis feritatẽ a se diripi posse. postq; deinde apud illũ plus consuetudines dãnationis q; cõsilii ĩ salubritatẽ ualere aĩaduertit. Nobilissimos ei⁹ ciuitatis adolescentes cupiditate liberande patrie inflamauit. Cui rei causa cũ inditiũ ad tirãnũ manasset. conuocato ĩ forũ pplo torquere eũ uario cruciat⁹ gñe cepit. subinde querẽs quos nã consilii participes haberet. at ille neq; eoꝝ quẽquã noĩnauit. ꝛ pximũ quẽq; ac fidissimũ tirãno reddidit suspectũ. Increpans q; agrigentinis ignauiã ac timiditatẽ. effecit. ut subito mẽtis impulsu concitati phalarim lapidib⁹ cõsternerẽt. Senis ergo uni⁹ aculeo ĩpositi nõ supplex uox. n̄ miserabilis ululat⁹. s; fortis cohortatio toti⁹ urbis aĩm fortunãq; mutauit.

EIusdẽ noĩnis phyͣs cũ a Cleandro tirãno de eius nece consiliũ inierat torqueret̃ suppliciis pariter atq; indicandoꝝ gr̃a consciorũ doloris uictor s; ultionis cupidus ẽẽ dixit q; secreto audire eũ admodũ expediret. lassatoq; aculeo. postq; insidiis oportunũ aĩaduertit tps. aurẽ ei⁹ morsu corripuit. nec ante dimisit q; et ipse uita ꝛ ille parte corporis priuaretur.

TAlis patientie Emulus anaxarcus. cũ a tirãno Cypriorum ĩ Eolocreonte torqueret̃. nec ulla ui inhiberi posset quo minus

cu͞z amarissimo͞r maledicto͞r uerberib' inuicem ipse torqueret / ad ultimu͞m amputatione͞ lingue minitanti / no͞ erit inq͞t effemi nate adolescens hec q͞q͞ pars corporis mei tue ditionis. ptin' q͞q͞ dentib' abscissa͞z ꝛ comanucata͞z lingua͞ in os ei' ira patens expuit. Multo͞r aures lingua illa ꝛ in p̄mis alexandri regis admiratione sui attonitas habuerat. du͞z terre conditione͞ am bitu͞z maris sideru͞z mot' toti' denique mundi na͞z prudentissime ꝛ facundissime exposuit. Pene tu͞ occidit gloriosi' q͞ uiguit. q͞ ta͞ forti fine illustre͞z pfessionis actu͞z comprobauit. Anaxarchi q͞q͞ no͞ uita͞z modo deseruit. s͞ morte͞z reddidit clariorem.

IN Theodoro q͞q͞ uiro grauissimo. Jeronimi' tirannus torto͞r man' frustra fatigauit. rupit eni͞ uiscera fidiculas laxauit. soluit eculeu͞z. laminas extinxit. pri' q͞ efficere potuit ut ti rannidis conscios indicaret. Qui etia͞z salute͞ i quo toti' dnatio nis summa q͞ coda͞z radine uersabat͞r falsa criminatione inqui nando, fidu͞z lateri ei' custode͞z eripuit. beneficioq͞ patientie no͞ solu͞ que occulta fuerat texit s͞ etia͞ tormenta sua ultus e͞. quib' Jeronimi' du͞ inimicu͞z cupide lacerat / amicu͞ temere pdidit.

APud Indos u͞o patie meditatio ta͞z ostinate usurpari credit͞r / ut sint qui om͞e uite tps nudi exigant / mo caucasi montis gelido rigore corpora sua durantes / mo flammis sine ullo ge mitu obicientes. atq͞ parua his aut nulla glia contemptu do loris acqrit͞r. titulusq͞ sapie dat͞r. hec eni͞ pectorib' alti' ꝛ eruditi' orta s͞t.

Illud tame͞ no͞ min' admirabile seruilis anim' cepit seruus barbar' hastrubale͞ q͞ dnu͞z suu͞z occidiss͞ grauite͞

ferens subito aggressus interemit. Cuius comprehensus eo modo cru-
ciaretur. letitiam tamen quam ex uindicta ceperat in ore constantissimo
retinuit. Non enim fastidioso aditu uirtus excitata uiuida ingenia
ad se penetrare patitur. Neque haustum sui cum aliquo personarum discri-
mine largum malignumue prebet. Sed omnibus equaliter exposita quid
cupiditatis potius quam quid dignitatis attuleris extimat. inque captu
bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit. ut quantum
subire animo sustinueris tantum tecum auferas. quo euenit ut et humi-
li loco ad summam dignitatem consurgant. et generosissimarum yma-
ginum fetus in aliquod reuoluti dedecus acceptam a maioribus lu-
cem in tenebris conuertant. Que quidem planiora suis exemplis reddentur.
ac prius de his ordiar quorum in meliorem statum facta mutatio
[splendidam] spendulam relatu materiam prebet.

De humili loco natis qui clari euaserunt. C. iiii.

IN cunabulis Tullii hostilii agreste tugurium cepit. Eiusdem
adolescentia in pecora pascendo fuit occupata. ualidior
etas imperium romanum rexit et duplicauit. Senectus excellentissi-
mis ornamentis decorata in altissimo maiestatis fastigio fulsit. Verum et
tullius et si magni et admirabilis incrementi domesticum tamen exemplum est.

Tarquinium autem ad romanum imperium occupandum fortuna in
urbem nostram aduexit: alienum quidem ex actu, alieniorem, quod or-
tum chorintho, fastidiendum quod mercatore genitum, erubescendum
quod etiam exule demorato patre. Ceterum tam prosperum conditionis
sue euentum industriosum pro inuiso gloriosum reddidit. dilata-
uit enim fines. Romani populi cultum deorum nouis sacerdotibus auxit.

numerū senat⁹ amplificauit. equestrē ordinē uberiorē reli
quit. queq₃ laudū ei⁹ cōsumatio ē. p̄claris uirtutib⁹ effecit ne
hec ciuitas penitētiā ageret q̄ regē a finitimis poti⁹ mu
tuata ē. q̄ȝ de suis legisset.

In Tullo u̅o Seruilio fortuna p̄cipue uires suas ostendit.
(serua) uerna huic urbi natum regem dando. cui quidē diutissime im
p̄iū obtinē quatē lustrū cōdē. ter triūphare cōtigit. ad summā
autē unde p̄cesserit. aut quo p̄uenerit. statue ipsi⁹ titul⁹ ha
bunde testatur. serUili cognomine ꝛ regia appellatiōe cōplexus.

Mirū gradu uarro q̄ȝ ad consulatū e macellaria patris tabēna
cōscendit. Equidē fortuna parū duxit sordidissime mercis cap
turis (uiro) solito duodecim fasces largiri. ni L. Emilium paulū de
disset collegam. atq₃ ita (se) i ei⁹ sinum fudit. ut cū apud Cannas culpa
sua uires p̄pli r. exhausissz. paulū qui p̄lium cōmictē (et noluerat) nolebat
occidere pateret̄. illū in urbē incolumē reducet. quī etiā se
natum grās ei agētem. q̄ redire uoluissz. an p̄otas eduxit. extu
lit q₃ ut grauissime cladis auctori dictatura deferret̄.

Non paruus cōsulat⁹ rubor. M. p̄pene. utpute qui cōsul an q̄ȝ
ciuis. sȝ i bello gerendo utilior aliquanto rei. p. uarone ip̄atore.
regē eū Aristonicum cepit. Crassiane q₃ stragis punitō extitit.
Cum interim cui⁹ uita triūphauit mors papia lege dānata est.
Nā p̄rēm illi⁹ nichil ad se p̄tinētia ciuis romani iura cōplexū. labi
li iudicio petitū redire i p̄stinas sedes coegerūt. Ita M. p̄pē
ne nomē adumbratū. fallus cōsulat⁹ caliginis simile imp̄ium
caducus triūphus aliena i urbe iprobe p̄egrinat⁹ est.

Ma(n)cii u̅o

Marci uero porcii Catonis incrementa p(ro)u(inci)anis notis expetenda fuerunt. qui nomen suum tusculi ignobile rome nobilissimum reddidit. ornata est enim ab eo litterarum latinarum monumenta, adiuta disciplina militaris, aucta maiestas senatus, propagata familia in qua maximum decus posterior ortus est Cato.

Sed ut romanis externa iungamus. Socrates non solum hominum consensu uerum etiam apollinis oraculo sapientissimus iudicatus phanarete matre obstetrice et Sophronisco patre marmorario genitus ad clarissimum glorie lumen excessit. neque immerito. Nam cum clarissimorum uirorum ingenia disputatione cerca uagarentur mensurasque solis ac lune ceterorumque siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur totius etiam mundi ambitum complecti auderet, primus ab his indoctis erroribus abductum animum suum in intima conditionis humane et in secessu pectoris repositos affectus scrutari coegit. si uirtus per se ipsam extimetur uite magister optimus.

Quam matrem Euripides aut quem patrem demostenes habuerit ipsorum quoque seculo ignotum fuit. alterius autem matrem olera, alterius uero patrem cultellos uendicasse, omnium pene doctorum littere loquuntur. Sed quid aut illius tragica aut huius oratoria ui clarius?

De his qui degenerauerunt a parentibus claris. C. V.

Sequitur duplicis promissi pars ad optis illustrium uirorum ymaginibus reddenda. quoniam quidem sunt referendi qui ab earum splendore degenerauerunt. deterrimis ignauie ac nequitie sordibus imbuti nobilia portenta. Quid enim monstro similius quam superioris Africani filius scipio? qui in tanta domestica gloria ortus a paruulo ad modum regis Anthiochi presidio capi sustinuit. cum ei uoluntaria morte

assumi sancti fuerit. qui inter duo fulgentissima cognomina patris & patrui, altero oppressa africa iam parto, altero maiore ex parte recuperata asia surgere incipiente, manus uincendas hosti tradere ei quam beneficio precarium officium obtinere de quo mox L. Scipio speciosissimum deorum hominumque oculis subiecturus erat triumphum.

Idem praeture petitor candidatam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit, ut nisi gratia ciceii qui patris eius scriba fuerat adiutus esset, honores a populo impetraturus non uideretur. quamquam quid inquit interfuit utrum repulsam an sic adeptam preturam domum domum referret. quam cum propinqui ab eo pollui animaduerterent id egerunt ne aut sellam ponere aut ius dicere auderet. Insuperque e manu eius anulum in quo caput africani cultum erat distraxerunt. dii boni quas tenebras e quo fulmine nasci passi estis.

Age Quinti fabii maximi allobrogici & ciuis & imperatoris clarissimi filius Q. fabius maximus quam perditam luxuria uitam egit. Cuius ut cetera flagitia oblitterentur, tamen habunde illo dedecore mores nudari possunt, quod ei Q. pompeius pretor urbanus paternis bonis interdixit. Neque in tanta ciuitate qui illud decretum reprehenderet inuentus est. dolenter enim homines ferebant pecuniam que fabie gentis splendori seruire debebat flagitiis dissipari. Ergo quem nimia patris indulgentia fecit heredem, publica seueritas exheredauit.

Possidet fauore plebis clodius pulcer adherens quod fulbiane stole pugio militare decus muliebri imperio subiectum habuit. Cuius filius pulcer preterque eneruem & frigidam iuuentutem egit, perdito

etiā amore uulgatissime meretricis infamis fuit. morbisq; erubescendo
gñe cōsumptus est. Auide eū abdomine deuorat⁹ fede ac sordide itẽpe
rantie spiritum dedit.

Nam Q. Hortensii quidẽ qui ĩ max̄ ingeniosor̄ ciuiū et amplissimor̄
prouentu summū auctoritatis atq; eloquentie gradū obtinuit. Nepos
Hortensi⁹ cōrbio omib⁹ scortis abiectiōrē et obsceniorē uitam exegit.
ad ultimum lingua ei⁹ libidini cunctor̄ inter lupanaria ꝓstitit. quā
auus ꝓ salute ciuiū ĩ foro excubuerat.

Animaduerto in ꝑniculosum iter ꝓgressum. Itaq; me ipsum reuocabo.
ne si reliqua eiusdē gñis naufragia cōsectari ꝑseuerauero aliqua
inutili relatione implicer. Referam igitur pedē deformesq; umbras
ĩ imo gurgite turpitudinis sue patiar iacere. Sanctius eñ ẽ narrare qui
illustrẽ uiri ĩ cultu ceteroq; ritu uite aliqͣ ex pte nouando sibi ĩdulserunt.

Qui ex illustrib⁹ uiris ĩ ueste aut ĩ cēto cultu sibi licenti⁹ q̄ mos patri⁹ ꝑmittebat indulserunt. C. 6

Publius Scipio cū in Sicilia augendo traiciendoq; exercitui ĩ africā
opportunū querendo gradū Cartaginis ruinam aīo uolueret.
inter cōsilia ac molitiōes tante rei operā gimnasio dedit. palliōq; et crepi
dis usus ẽ. Nec hac re segniores punicis exercitib⁹ man⁹ intulit. sꝫ nescio
an ideo alacriores quia uegeta et strenua ingenia qͦ plus recessus sumũt
hoc uehementiores impetus edũt. Crediderim etiam fauorē eū sociorū
ulteriorē se adepturum existimasse. si uictū eor̄ ĩ solẽnes exercitationẽ
cōprobasset. ad quas tamen ueniebat. cū multū ac diu fatigasset humeros
et cetera membra militari agitatiōe firmitatē suā probare coegisset.
cōsistebat quia ĩ his labor ei⁹. ĩ illis q; remissio laboris.

L. uero Scipionis statuā clamidatā et crepidatam ĩ Capitolio cernimus. q

bitu. Verum quo aliquando usus erat, effigiem suam formatam poni voluit.

L. vero Silla cum imperator esset, clamidato sibi et crepidato habitu Neapoli ambulare deforme non duxit.

Gaius autem Duellus qui primus navalem triumphum ex Penis retulit, quotienscumque epulaturus erat, ad furiales (funales) cereum preeunte tibicine et fidicine a cena domum reverti solitus est, insignem bellice rei successum nocturna celebratione testando.

Nam Papirius quidem Manso cum bene gesta re publica triumphum a senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi et ipse initium fecit, et ceteris postea (et post) se exemplum prebuit, proque laurea corona cum alicui spectaculo interesset, mirtea usus est.

Item C. Marii pene insolens factum. Nam post Iugurtinum Cymbricum et Theotonicum triumphum cantaro semper potavit, quia Liber pater Indicum ex Asia deducens triumphum hoc usus poculi genere ferebatur, ut inter ipsum haustum vini victorie eius suas victorias compararet.

Marcus autem Cato pretor M. Scauri ceterorumque reorum iudicia nulla indutus tunica, sed tantummodo pretexta amictus egit. Sed hec atque his similia virtutis aliquid sibi in consuetudine novanda licentie sumentis indicia sunt.

De fiducia sui. c. 7.

Illis autem que deinceps subnectam, quantam sui fiduciam habere quis soleat cognoscetur. P. et Cn. Scipionibus in Hyspaniam cum maiori parte exercitus acie Punica oppressis, omnibusque provincie eius nationibus Cartaginensium amicitiam secutis, nullo ducum nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente, Scipio quartum et vigesimum agens annum iturum se pollicitus est. Qua quidem fiducia populo Romano salutis ac victorie spem dedit.

Eadem quae in ipsa hyspania usus est. Nam cum oppidum bidiam circumsederet, tribunal suum audentes in edem que inter menia hostium erat vadimonium in posterum diem facere iussit. Continuoque urbe potitus et tempore et loco quo predixerat sella posita, ius eis dixit. Nichil hac fiducia generosius, nichil predictione verius, celebritate efficacius, nichil dignitate dignius. Nec minus animosus, nec minus prosper illius in africam transitus, in quam ex sicilia exercitum senatu vetante transduxit. Quem nisi probrius in ea re suo quam patrum consilio conscriptorum credidisset, secundi punici belli finis inventus non esset.

Cui facto par illa fiducia, quod postquam africam attigit, speculatores anibalis in castris deprehensos ad se perductos nec supplicio afficeret, nec de consiliis ac viribus penorum percunctatus est, sed circa omnes manipulos diligentissime ducendos curavit. Interrogatosque an satis ea considerassent, que speculari iussi erant, prandio dato ipsis, iumentisque eorum incolumes dimisit. Quo tam pleno fiducie spiritu prius animos hostium quam arma contudit.

Verum ut ad domestica eius fiducie acta eximie veniamus. Cum a L. Scipione ex anthiocensi pecunia sextertiorum quadragies ratio in curia reposceretur, prolatum ab eo librum, quo accepte et expense summe continebantur, refellique inimicorum accusatio poterat, discidit, indignatus de ea re dubitari que sub ipso legato administrata fuerant. Quin etiam in hunc modum egit. Non reddo p. c. erario vestro sextertii quadragies rationem alieni imperii minister, quod meo ductu meisque auspitiis bis milies sextertio uberius feci. Neque enim adhuc puto eo malignitatis ventum, ut de mea innocentia querendum sit. Nam cum africam totam potestati vestre subiecerim, nichil ex ea quod meum diceretur preter cognomen retuli. Non me igitur punice, non fratrem

meum Asiatice gaze avarum reddiderit. Sed utrumque nostrum invidia magis quam pecunia
locupletior est. Tam constantem defensionem Scipionis universus senatus
comprobavit. Sic illud factum. quod cum necessarium rei publice usum pecunia ex
erario promi opus esset, idque questores quia lex obstare videretur aperire non
auderent, privatus claves poposcit. patefactoque erario legem utilitati cedere
coegit. quam quidem ei fiduciam conscientia illa dedit qua meminerat omnes
leges alias a se esse servatas.

Non fatigabor eiusdem facta identidem referendo. quando nec ille quidem in con-
simili genere virtutis sedendo fatigatus est. Dies illi ad populum. M. Nevius tribunus
plebis aut ut quidam memorant duo Petilii dixerant. qui ingenti freque-
ntia in forum deductus rostra conscendit. capitique suo corona triumphali imposita
hoc ego inquit quirites die Cartaginem magna sperantem leges vestras acci-
pere iussi. proinde equum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum. Spetio-
sissimam eius vocem clarus eventus secutus est. siquidem et senatum et universum eque-
strem ordinem et cunctam plebem Iovis optimi maximi pulvinaria petens
comitem habuit. restabat ut tribunus apud populum sine populo ageret, desertusque
in foro cum magno calumnie sue ludibrio solus moraretur. Cuius devitandi ruboris
causa in capitolium processit. deque accusatore Scipionis venerator factus est.

Aviti spiritus egregius successor Scipio Emilius cum urbem (numantiam) prevalidam obsideret
suadentibus quibusdam ut circa menia eius ferreos murices spargeret. omniaque
vada plumbanis tabulis consterneret habentibus clavorum cacumina, ne subita
eruptione hostes impetum facere possent. Respondit non esse eiusdem et capere
aliquos velle et timere. In quamcumque memorabilium partem exemplorum convertar,
velim nolim ve in cognomine Scipionum hereat necesse est. Cum enim liceat
hoc loci Nasicam preterire fidentis animi dictique clarissimum auctorem.

Annone caritate increbescente. G. Curiati9 tribun9 plebis pductos i
contiones consules copellabat. ut de frumento emendo ad id negotiu
explicandu mittendis legatis i curiaz referent. Cui instituti minime
utilis iterpellandi gra Nasica cotraria actione ordiri cepit. obstrepente
deinde plebe, tacete quirites inquit. plus e ego q uos quid rei. p.
expediat intelligo. qua uoce audita omes pleno uenerationis silentio
maiore auctoritatis ei9 q suorz alimentorz respectuz egerut.

Liuii q salinatoris extene memorie auctoritate tradendus animi9.
qui cuz asdrubalez exercitu q penorz i umbria delesset, z ei diceret gal-
los ac ligures ex acie sine ducib9 z signis sparsos ac palantes, parua
manu opprimi posse, respondit i hoc eis oportere parci, ne hostib9 tante cla-
dis domestici nuntii deessent.

Bellica hec pstantia ai togata illa, s no min9 laudabilis. qua . p. furi9
philus cosul i senatu exibuit. Q. cuz Metellus. Q. q popeiuz cosulare
uiros uehementes inimicos suos cupida sibi pfectione i puinciaz hyspa-
niaz, qua sortit9 erat identidez exprobantes, legatos secu illuc ire coe-
git. fiduciaz no soluz fortez s pene etia temeraria exhibes. que duob9
acerrimis odiis latera sua cingere ausa e. Huiz q ministerii uix tutu
i amicis e sinu inimicorz petere sustinuit.

Cuius factuz si cui placet necesse e. L. etia Crassi qui apud maiores
eloquentia clarissim9 fuit. ppositu no displiceat. Na cuz cosul puinciam
galliaz obtineret atq i eaz. G. Carbo cui9 patre danauerat, ad speculada
acta sua uenisset, no soluz euz inde no submouit, s insup locuz ei in
tribunali assignauit. ac nulla de re nisi eo i consiliu adhibito recogno-
uit. Itaq acer z uehemens carbo nichil aliud gallica pegrinatione

consecutus est, quod ut animaduerteret recte patrem suum ab integerrimo uiro in exilium missum.

Cato uero superior sexennio ab inimicis ad cause dictionem uocatus nec ullo unquam crimine conuictus, ad ultimum tantum fiducie in sua innocentia reposuit, ut ab his in publicam questionem deductus Tiberium Gracchum a quo in administratione rei publice ad multum odium dissidebat, iudicem deposceret. Qua quidem animi prestantia pertinaciam eorum insectandi se inhibuit.

Eadem M. Scauri fortuna, eque senectus longa ac robusta, idem animus. Qui cum pro rostris accusaretur, quod a Rege Mithridate ob rem publicam prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit. Est enim iniquum quirites cum inter alios uixerim apud alios me rationem uite reddere. Sed tamen audebo uos quorum maior pars honoribus et actis meis interesse non potuit interrogare.

Varrius seuius ueronensis Emilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Romani prodidisse ait. Emilius Scaurus huic se affinem esse culpe Negat. utri creditis. Cuius dicti ratione populus commotus Varrium ab illa dementissima actione pertinaci clamore retulit.

Contra M. Antonius ille disertus non eum refugiendo sed amplectendo cause dictionem quam innocens esset testatus est. Questor proficiscens in Asiam Brundisium iam peruenerat. Ubi litteris certior incesti se postulatum apud L. Cassium pretorem, cuius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebatur, cum id uitare beneficio legis Memmie liceret, que eorum qui rei publice causa abessent recipi nomina uetabat, in urbem tamen recurrit. Quo tam pleno fiducie bono consilio, et absolutionem celerem et profectionem honestiorem consecutus est.

Sunt et illa speciosa fiducie publice exempla. Nam cum eo bello quod aduersus Pirrum gerebatur Cartaginenses C. et xxx. nauium classem in presidium romanis

hostiam ultro misissent, senatui placuit, legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent populum R. bella suscipere solere que suo milite gerere posset. proinde classem Cartaginem reducerent.

Idem post aliquot annos Cannensi clade exhaustis romani imperii viribus, supplementum in hyspaniam exercitui mittere ausus, fecit ne locus hostium castrorum tunc maxime Capenam portam armis Hanibale pulsante pretii minoris veniret, quam si illum peni non obtinerent. Ita se gerere in adversis rebus quid aliud est, quam sevientem fortunam in adiutorium sui pudore victam convertere?

Magno spatio divisus est a senatu ad poetam Actium transitus. Ceterum ut ab eo decentius ad externa transeamus producatur in medium.

Is Julio Cesari amplissimo ac florentissimo viro in collegium poetarum venienti numquam assurrexit, non maiestatis eius inmemor, sed quia in comparatione communium studiorum aliquanto se esse superiorem confideret. quapropter insolentie crimine caruit, quia ibi voluminum non ymaginum certamina exercebantur.

Nec Euripides quidem athenis arrogans visus est. Cum postulante populo ut ex tragedia quadam sententiam tolleret, progressus in scenam dixit se ut eum doceret non ut ab eo disceret fabulas componere solere.

Laudanda profecto fiducia est, que extimationem sui certo pondere examinat, tantum sibi arrogans, quantum a contemptu et ab insolentia distare satis est. Itaque etiam quod Alcestidi tragico poete respondit probabile. apud quem cum quereretur, quod ab eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere potuisset, atque idem se centum perfacile scripsisse gloriaretur, sed hoc inquit interest, quod tui in triduum tantummodo mei vero in omne tempus sufficient. alterius enim fecundi cursus scripta

intra p̄mas memorie metas co̅ruerunt. alteri cunctante stilo elucubratum opus p̄ omē ... eui tp̄s plenius glie uelis feret.

Adiciam scene eiusdem exemplum. Antigenitas tibicen discipulo suo magni p̄fectus sed parum feliciter se p̄plo approbante, cunctis audientibus dixit michi cane et musis. quia uidelicet p̄fecta ars fortune lenocinio defecta iusta fiduciā iudicia nō exuit. quia se scit laudem mereri etiam si ab aliis nō impetrat, domestico tam acceptam iudicio refert.

Zeusis autē cum Elenam pinxisset, quid de eo op̄e hoīes sensuri essent expectandum nō putauit. sed protinus ad hos uersus adiecit, uerba greca, adeo ue dextre sue multum pictor arrogauit, ut eam tm̄ fortuna co̅pressum crederet quantum aut leda celesti partu edere aut homerus diuino ingenio exprimere potuit.

Phidias quoque homeri uersus egregio dictu allusit. simulacro enim Iouis olimpi p̄fecto quo nullum p̄stantius aut admirabilius humane fabricassent manus, interrogatus ab amico quonam mentem suam diriges uultum iouis p̄pe modum ex ipso celo petitum eboris liniamentis esset amplexus, illis se uersibus quasi magistro usum respondit, uerba greca.

Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces. Siquidem Epaminundas cum ei ciues irati sternendarum in oppido uiarum contumelie causa curam mandaret, erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum, sine ulla cunctatione id recepit. daturumque se operam ut breui speciosissimum fieret asseuerauit. mirifica deinde procuratione ab iectissimum negotium p̄ amplissimo ornamento expetendum thebis reddidit.

Hanibal nō cum apud regem prusiam exularet, auctor que committendi

plus eet atq non idez sibi q extis portendi diceret, an tu inquit
vituline carnuncule q imperatori veteri ma(vis) credere? si verba
numeres breviter et abscise si sensum extimes copiose et valenter
hyspanias ei dureptas p(o)p(u)lo R(omano) et gallorum et ligurie vires i suam redac
tas potestatez et novo transitu alpium iuga patefacta et transime
num lacum dira mixtum memoria et cannas punice victorie clarissi
mum monumentum et capuam possessam et italiam laceratam ante pedes
hois effudit, unius hostie iecinori longo experimento testatam gloriam
suam postponi equo aio non tulit et sane qd explorande bellica sacri
ficia extimandosque militares duct(us) attinebat omnes aras victime (bithinie)
marte ipso iudice pectus hanibalis pregravasset.

Et pax quoque spiritus illud quod dictum Codri ut cum ab atheniensibus
civitatez sibi datam cognovit et ego inquit illis mee gentis ius da
bo. equavit athenis tirariaz vastitudine talis beneficii i pare se iu
dicando humili de stirpe sua sentire extimaretur.

Nobiliter etiam uterque spartanus et qui increpat a quodam q i aciem
claudus descenderet, pugnare non sibi fugere appositum ee respondit.
et qui referente quodam sagittis persarum solem obscurari solere bn
narras inquit umbra enim melius preliamus(mur).

Quidez vir urbis atq ai hospiti suo patrie muros excelsos latos
q ostendenti dixit. si mulieribus istos comparatis recte si viris turpiter.

de constantia. c. v.

Aptum etiam et ardosum bone fiducie pectus michi emenso quasi
debitum opus superest constantie representatione. Cum enim
sic comparatum e ut quisquis se aliquid ordine ac recta mente complexum

confidit vel iam gestum si obtrectetur acritate tueatur vel nondum editum si interpellet sine ulla cunctatione ad effectum perducat. Sed dum exemplar huius propositae rei persequor, latius michi circumspicienti ante omnia se Fulvii Flacci constantia offert.

Capuam fallacibus Hanibalis promissis ytalie regnum nefaria defectione pacisci persuasam armis occupaverat. tam deinde culpe hostium iustus extimator quam speciosus victor Capuanum senatum impii decreti auctores funditus delere constituit. Itaque catenis honustum in duas custodias Teanam Calenamque divisit. consilium executurus cum ea peregisset quorum administrandorum celerior esse necessitas videbatur. Rumore autem de senatus mitiore sententia orto ne debitam penam scelerati effugerent nocte admisso equo Theanum contendit. interfectisque qui ibi asservabantur e vestigio Calenam transgressus perseverantie sue opus exequitur. iam deligatis ad palum hostibus litteras a patribus conscriptis nequaquam salutares Campanis accepit in sinistra eas manu sicut erant tradite reposuit ac iusso lictore lege agere tum demum aperuit. postquam illis obtemperari non poterat. qua constantia victorie quoque gloriam antecessit. quia si eum intra se ipsum partita laude extimes maiorem punita Capua quam capta reperies.

Atque ista quidem severitatis. illa non pietatis admirabilis constantia quam Q. Fabius maximus infatigabilem prestitit. pecuniam pro captivis Hanibali numeraverat fraudatus ea publice tacuit. dictatori etiam magistrum equitum Minutium iure imperii senatus equaverat silentium egit. pluribus preterea iniuriis lacessitus in eodem animi habitu mansit. nec umquam sibi rei publicae permisit irasci tam perseverans in amore civium.

Quid in grandis bellicis? non(ne) par constantia [fuit fabii]? Imperium r(omanum) Canensi p(re)lio pene destructum vix sufficere ad exercitus conparandos videbatur. Itaque frustrari et eludere penorum impetus quam manum cum his tota acie conserere melius ratus, pluribus cominationibus [fabius] hanibalis irritatus sepe etiam spe bene gerende rei oblata nunquam a consilii salubritate ne parvum quidem certaminis discrimine recessit. quodque est difficillimum, ubique ira ac spe superior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando ita hic non dimicando maxime civitati nostre succurrisse visus est. alter enim celeritate sua cartaginem oppressit. alter cunctatione sua id egit ne Roma opprimi posset.

Calpurnium [gneum] etiam pisonem mirifice et constanter turbulento rei p(ublice) statu egisse consulem narratione insequenti patebit. M. Pellicani [paligani] seditiosissimi hominis pestiferis blandimentis preceptus populi favor consularibus comitiis summum dedecus admictere conabatur. amplissimum ei [paligano] deferre imperium [consulatus] cupiens, cui teterrimis actis exquisitum potius supplicium quam ullus honos debebatur. nec deerat concitate multitudini furialis fax tribunitia [favor tribunalis] que temeritatem eius et ruentem comitaretur et languentem actionibus suis inflammaret. In hoc miserando pariter atque erubescendo statu civitatis tum modo manibus tribunorum pro rostris piso collocatus [offitio quasi] cum hic atque hinc eum ambissent et an pellicano suffragiis populi consuli creato renuntiaturus esset interrogaret, primo populo respondit non existimare se tantis tenebris offusam esse rem p(ublicam) ut huc dignitatis veniret. deinde cum perseveranter instaret ac dicerent age si ventum fuerit, non renuntiabo inquit. Quo quidem tam abscisso responso consulatum pellicano prius quam illum adipisceret eripuit. multa et terribilia piso contempsit dum speciosum mentis sue flecti non vult rigorem.

Metellus autem numidicus propter consimile perseverantie genus excepit
quam indignam maiestati ac moribus suis procellam. Cum enim animadverteret
quo tenderent Saturnini tribuni plebis funesti conatus quantoque ma
lo rei p. nisi his occurreretur erupturi essent. in exilium quam in legem eius ire
maluit. Potest aliquis homo uiro dici constantior qui ne sententia sua pelle
retur patria in qua summum dignitatis gradum obtinebat carere sustinuit.

Ceterum ut neminem ei pretulerim ita Q. Sceuolam augurem merito
comparauerim. depulsis prostratisque inimicorum partibus Silla occupata ur
be senatum armatus coegerat. ac summa cupiditate ferebatur ut C. marius
quam celerrime hostis iudicaretur. Cuius uoluntati obuiam nullo ire audente solus
Sceuola de hac re interrogatus sententiam dicere noluit. quin etiam truculentius sibi insta
ti Sille licet inquit mihi agmina militum quibus curiam circumsedisti ostentes
licet mortem minteris numquam tamen efficies ut propter exiguum senilemque san
guinem meum marium a quo urbs et italia conseruata est hostem iudicem.

Quid femine cum contione si mos seruetur nichil. Sed ubi domestica quies
seditionum agitata fluctibus est prisce consuetudinis auctoritas conuellitur.
plusque ualet quod uiolentia cogit quam quod suadet et precipit uerecundia.

Itaque Sempronia Q. et Gn. Graccorum soror uxor Scipionis Emi
liani non ut absurde grauissimis uirorum operibus inserens maligna
relatione comprehendam. sed quia a tribuno plebis producta ad populum in
maxima confusione nichil a tuorum amplitudine degenerasti, hono
rata memoria prosequar. Coacta es eo loci consistere ubi principum
ciuitatis perturbari frons solebat. instabat tibi toruo uultu minas
profundens amplissima potestas cum clamore imperite multitudinis ob
streperet totum forum acerrimo studio nitebatur ut Equitio qui

sempronie gentis falsum ius querebat tamquam filio Tiberii fratris tui
osculum dares. Tu tamen illum nescio quibus tenebris conpositum ut portentum
execrabili audacia ad sperandam alienam propinquitatem tendentem repulisti.

Non indignabuntur lumina nostre urbis. si inter eorum eximium ful-
gorem centurionum quoque uirtus spectanda se obtulerit. Nam ut humilitas
amplitudinem uenerari debet. ita nobilitate fouenda magis quam spernenda
bone indolis nouitas est.

An abicii debet toti9 ab horum exemplorum contextu. qui pro Cesaris partibus ex
cubans Scipionis presidio interceptus. cum uno modo salus ab eo daretur si se
futurum cn. pompei generi ipsius militem affirmaret. ita respondere non dubitauit.
tibi quidem gratias ago. sed michi uti ista conditione uite non est opus.
sine ullis ymaginibus nobilem animum fecit.

Idem constantie propositum secutus Meuius Centurio diui augusti. cum
antoniano bello sepe numero excellentes pugnas edidisset. improuisis
hostium insidiis circumuentus et ad antonium alexandriam perductus interrogatus
quidnam de eo statui deberet. iugulari me inquit iube. quia non saluti
beneficio neque mortis supplicio adduci possum. ut aut Cesaris miles de
sinam aut tuus esse incipiam. Ceterum quo constantius uitam contempsit eo facilius
inpetrauit. antonius enim uirtutis eius incolumitatem tribuit.

Complura huiusce note exempla romana supersunt. sed satietas modo uitanda
est. Itaque stilum meum ad externa iam delabi permittam. quorum principatum
teneat blasius. cuius constantia nichil pertinacius. Salapiam enim patriam suam
presidio punico occupatam romanis cupiens restituere. Dasium acerrimo
studio secum in administratione rei publicae dissidentem. et alioquin toto
animo hanibalis amicitie uacantem. sine quo propositum consilium peragi non

poterat, ad idem opus aggrediendum maiore cupiditate quam spe certiore temptare ausus est. Qui protinus sermonem eius adiectis que et ipsum commendatiorem et inimicum invisiorem factura videbantur Hannibali retulit, a quo ambo iussi sunt, ut alter crimen probaret, alter defenderet. Ceterum pro tribunali cum res gereretur et questioni illi omnium oculi essent intenti dum aliud forte ulterioris cure negotium tractabatur, Blasius vultu dissimulato ac voce summissa monere Dasium cepit, ut Romanorum potius quam Carthaginiensium partes foveret. Et vero tunc ille proclamat se in conspectu ducis adversus eum sollicitari. Quod quia et incredibile extimabatur et ad unius tantum aures penetraverat et iactabatur ab inimico veritas fide caruit. Sed non multo post Blasius mira constantia Dasium ad se traxit. Marcello [duci romanorum] que et Salapiam et quingentos Numidas qui in ea custodie causa erant tradidit.

Phocion vero cum Athenienses rem aliter quam ipse suaserat prospere administraverint, adeo perseverans sententie sue propugnator extitit ut in contione letari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius diceret. Non enim damnavit quod recte viderat, quia quod alius male consuluerat bene cesserant. Felicius illud extimans hoc sapientius. Plerumque enim temeritatem casus iuvat, ubi pravo consilio prosperus aspirat, et quo vehementius noceat desperatio prodest. Placidi et misericordes et liberales omnique suavitate temperati mores Photionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. Itaque constantia que natura rigidior videbatur levi et mansueto pectore fluxit.

Socratis autem virilitatis robore palliatus animus aliquanto perfectius perseverantie exemplum prebuit [vel edidit]. Universa civitas Atheniensium iniquissimo ac truculentissimo errore instincta de capite decem pretorum, qui apud Arginusas

lacedemoniam classem deleuerant, tristem sententiam tulerat. Forte tunc eius potestatis Socrates cuius arbitrio plebiscita ordinarentur, indignum iudicans tot et tam bene meritos etiam indigna causa et impetu iniquo abripi, temeritati multitudinis constantiam suam obiecit. maximoque contionis fragore et iratatissimis minis compulsus non est, ut se publice dementie autorem ascriberet, que opposita eius legitima crassi uia prohibita, iniusto proborum cruore manus suas contaminare perseuerauit. nec timuit Socrates ne consternate patrie undecimus furor mors ipsius existeret.

Proximum et si non eiusdem splendoris est, tamen ceterum constantie hominum potest experimentum efficacis opere forensis fidei non latenius. Athenis Alphiades accusare publice iussus et inter ceteros Demostrati nomen deferre coactus est. cuius filius erat Demostrates excellentis forme puer, animo eius flagrantissimo inherens amore. Itaque cum is officio sorte truculentus accusator priuati affectus conditione miserabilis reus, puerum ad se exorandum quo parcius patris criminibus insisteret uenientem, neque repellere supplicem genibus suis aduolutum neque intueri sustinuit. sed operto capite flens et gemens preces exprimere passus est. nichilominus quoque sincera fide accusatum Demostratum dampnauit. Victoriam nescio laude an tormento maiorem passus consecutus, quia prius quam sontem opprimeret se ipsum uicit Alphialtes. Quem Siracusanus (dionisius tyrannus) diuersitate exempli pergrauat. qui quibusdam monentibus ut aduersus Eraclidem et Calyphum quorum fidei plurimum credebat tamquam insidias ei nectentes, cautior esset, respondit se uitam malle excedere quam in metu uiolente mortis amicos inimicos iuxta ponere.

Quod sequitur et rei ipsius admiratione et claritate auctoritatis illustre.

Alexander macedonum rex inclita iam pugna excellentissimis opibus
darii contusis, estu et itineris fervore in Cilicia percalefactus Cydno fluvio qui
aque liquore conspicuus Tarson interfluit, corpus suum inmersit.
subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis ac torpo-
re hebetatis artubus maxima cum exanimatione totius exercitus in oppidum castris
defertur. iacebat aeger Tarsi. et in valitudine eius adversa instantis vic-
torie spes fluctuabat. Itaque convocati medici attentissimo consilio
salutis remedia circumspiciebant, quorum cum ad unam potionem sententiam
direxissent, atque eam philippus medicus suis manibus temperatam Alexan-
dro (erat autem ipsi amicus et comes) porrexisset. a Parmenone
misse littere supervenerunt, admonentes ut rex insidias philippi
perinde ac pecunia corrupti a dario caveret. quas cum legisset sine ulla
cunctatione medicamentum hausit. ac tum legendas philippo tradidit.
pro quo tam constanti erga amicum iudicio dignissimam a diis inmortalibus
mercedem recepit. qui incolumitatis eius presidium falso interpellari indi-
cio noluerunt.

Incipit liber quartus

de moderatione. c. i.

Transgrediar ad saluberrimam partem animi moderationem. que
mentes nostras impotentie temeritatis incursu transversas ferri
non patitur. quo evenit ut reprehensionis morsu sit vacua et
laudis questu sit opulentissima. Itaque effectus suos in claris
viris recognoscat. atque ut ab incunabulis summi honoris incipiam.

Publii valerii qui populi maiestatem venerando publicole nomen assecutus
est cum exactis regibus imperii eorum vim universam omnia que insignia sub titulo

consulatus in se translata teneret, invidiosum maiestatis fastigium moderatione sua ad tolerabilem habitum duxit. fasces securibus vacuefaciendo et in contione populo summittendo. numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit ultro Spurio Lucretio collega assumpto. ad quem quia maior natu erat priores fasces transferri iussit. legem etiam comitiis centuriatis tulit ne quis magistratus civem romanum adversus provocationem verberare aut necare vellet. Itaque quo civitatis condicio liberior esset imperium suum paulatim destruxit. Quid quod aedes suas diruit. quia excelsiore loco positae instar arcis habere videbantur. Nonne quantum domo inferior tantum gloria superior evasit.

Vix iuvat ire a pubblicola. sed venire ad Furium Camillum libet. cuius tam moderatus ex magna ignominia ad summum imperium transitus fuit. ut cum presidium eius cives capta urbe a gallis ardeae exulantis petissent. non prius veios ad accipiendum exercitum iret quam de dictatura sua omnia sollemni iure acta comperisset. Magnificus Camilli veientanus triumphus. egregia gallica victoria. sed illa cunctatio longe admirabilior. multo enim multoque se ipsum quam hostes superare operosius fuit. nec adversa propera festinatione fugientem nec secunda effuso gaudio apprehendentem.

Par furio moderamine M. Rutilius Censorinus. Iterum enim censor creatus ad contionem populum convocatum quam potuit gravissima oratione corripuit. quod eam potestatem bis sibi detulisset. cuius maiores quia nimis magna videretur tempus coartandum iudicasset. uterque recte et Censorinus et populus. alter enim ut moderate honores crederet praecepit. alter se moderato credidit.

Age L. Quintius Cincinnatus qualem consulem gessit. cum honorem eius patres conscripti continuare vellent non solum propter illius egregia opera sed etiam quia populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur. quorum neutrum iure fieri

poterat. utrumque distulit. senatus simul studium inhibendo et tribunos uerecundie sue exemplo sequi cogendo. atque unus ea fuit, ut amplissimus ordo populus que tutus esset ab iniusti facti reprehensione.

Fabius uero maximus cum a se quinquies et a patre et a proauo maioribus que suis sepennio consulatum gestum animaduerteret, comitiis quibus filius eius summo consensu consul creabatur quam potuit constanter cum populo egit, ut aliquando uacationem huius honoris daret. non quod uirtutibus filii diffideret, erat enim illustris, sed ne maximum imperium in una familia continuaretur. quid hac moderatione efficacius aut ualentius? que etiam patrios affectus qui potentissimi habentur superauit.

Non defuit maioribus nostris grata mens ad premia superiori africano exsoluenda. siquidem maxima eius merita paribus ornamentis decorare conati sunt. uoluerunt illi statuas in comitio in rostris in curia in ipsa denique Iouis maximi optimi cella ponere. uoluerunt ymaginem eius triumphali ornatu indutam capitolinis puluinaribus applicare. uoluerunt ei continuum per omnes uite annos consulatum perpetuam que dictaturam tribuere. quorum nullum sibi neque plebiscito dari neque senatus consulto decerni patiendo, pene tantum se in recusandis honoribus gessit, quantum egerat in merendis.

Eodem robore mentis causam hanibalis in senatu protexit. Cum enim ciues sui legatis missis tamquam seditiones apud eos molientem accusarent, adiecit quam non oportere patres conscriptos se rei publice Cartaginensium interponere. altissima que moderatione alterius saluti consuluit, et alterius dignitati, uictoria tenus utriusque hostem egisse contentus.

At M. Marcellus. qui primus et hanibalem uinci et Siracusas posse capi docuit. Cum in consulatum eius Siculi de eo questum in urbem uenissent, nec senatum ulla de re habuit. quia collega ualerius leuinus forte aberat, ne ob

id sicuti i querendo timidiores essent. et ut is rediit ultro de his admictendis retulit. querelasque de se patienter sustinuit. nullos etiam a leuinio discedere remanere et sue defentioni interesset coegit. ac deinde utraque parte porata excedentes in curia subsecutus est quo libentius senatus sententiam ferret. Improbatisque eorum querelis supplices et oratas ut ab eo in clientela reciperentur clementer excepit. super hoc siciliam sortitus eam prouinciam collegae cessit. totiens laudatio marcelli narrari non potest quotiens ipse noui generibus moderationis aduersus sotios usus est.

Pbatum etiam T. Graccus admirabilem se exibuit. Tum enim cum ex professo inimicitias cum africano et asiatico scipionibus gereret et asiaticus iudicate pecunie satisdare non posset atque ideo a consulibus in uicula prius duci iussus est. appellasset que collegium tribunorum nullo uolente intercedere secessit a collegiis. decretumque conposuit. nec quisquam edubitauit quin eo scribendo irati hostis aduersus asiaticum uerbis usurus esset. at is primum iurauit se cum scipionibus in gratia non redisse. deinde tale decretum recitauit.

Cum L. Cornelius scipio die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem coniecerit indignum et alienum maiestate rei p. uideri eundem ipsum duci dixit. ita que id non passum fieri libenter. tunc opinionem suam populus R. a Gracco deceptam cognouit. moderationem que eius debita laude prosecutus est.

Gaius que claudius nero inter cetera precipue moderationis exempla moderandus numerandus est. liuii salinatoris in astrubalem opprimendo glorie particeps fuerat. tamen eum triumphantem equo sequi que triumpho quem ei senatus eque decreuerat maluit uti. quia res in prouincia salinatoris

gesta fuerat sine curru triumphavit eo quidem clarius quod illius victoria tantummodo laudabatur huius etiam moderatio.

Nec Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur. qui censor cum lustrum conderet inque solito sacrificio scriba ex publicis tabulis solemne ei precationis carmen preiret. quo dii immortales ut populi R. res meliores ampliores que facerent rogabantur. satis inquit bone magne que sunt. itaque precor ut eas perpetuo incolumes servent. ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iussit. qua votorum verecundia deinceps censores in condendis lustris usi sunt. prudenter enim sensit tunc incrementum R. imperio petendum fuisse. cum intra septimum lapidem triumphi querebantur. maiorem autem totius terrarum orbis partem possidenti ait avidum esse quicquam ultra appetere ita habunde felix si nichil ex eo quod obtinebat amitteret.

Neque alia in eius censura moderatio pro tribunali apparuit centurias recognoscens equitum postquam G. licinium sacerdotem citatum processisse animadvertit. dixit se scire illum verbis conceptis peierasse proinde siquis eum accusare vellet usurum testimonio suo. sed nullo ad id negotium accedente. transduc inquit equum sacerdos. ac lucrefac censoriam notam. ne ego in tua persona et accusatoris et testis et iudicis partes egisse videar.

Quod animi temperamentum etiam in Q. Scevola excellentissimo viro annotatum est. testis namque in reum productus cum id respondisset quod salutem periclitantis magnopere lesurum videbatur discedens adiecit. ita sibi credi oportere si et alii idem asseverassent. quoniam unius testimonio aliquem credere pessimi esset exempli et religioni

igitur sue debitam fidem et rei publice utilitati salubre consilium reddidit.

Sentio, quos cives, que ne facta eorum ac dicta quam angusto ambi
tu orationis amplectar. sed cum magna et multa breviter dicenda sint
claritate excellentibus infinitis personis rebusque circumfusus utrique pre
stare nequeo. propositi quoque mei ratio non laudanda sibi omnia sed recordanda
suscipit. Quapropter bona cum venia duo Metelli Macedonicus et Numidicus
maxima patrie ornamenta strictim se narrari patientur.

(Metellus dictus est Macedonicus quia Macedoniam pugnavit aliusque est dictus Metellus Numidicus quia Numidiam vicit.)

Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat. eorumque
ab emulatione virtutis profecta contentio ad graves testatasque ini
micitias progressa fuerat. sed tamen cum interemptum Scipionem conclamari
audisset, in publicum se proripuit. mestoque vultu et voce confusa concurrite
concurrite inquit cives, menia nostre urbis eversa sunt. Scipioni
enim Africano inter suos penates quiescenti vis illata est. O rem publicam pari
ter Africani morte miseram et Macedonici tam humana quam civili lamentatione
felicem. eodem enim tempore et quantum amisisset principem et qualem haberet recognovit.

Idem filios suos monuit ut funebri eius lecto humeros subicerent. atque
huic exequiarum illum honorem vocis adiecit. non fore ut postea id officium ab
aliis maiori viro prestari possit. Ubi illa tot in curia iurgia? ubi tam multe pro
rostris altercationes? ubi maximorum civium et ducum tantorum togata prelia?
omnia nimirum ista precipua veneratione prosequenda delevit moderatio.

Numidicus autem Metellus populari factione patria pulsus in Asiam seces
sit. in qua cum ei forte ludos Trallibus spectanti littere reddite essent, quibus
scriptum erat senatus et populi consensu reditum illi datum in urbem, non e the
atro prius abiit quam spectaculum ederetur. non letitiam suam proxime seden
tibus ulla ex parte patefecit, sed summum gaudium intra se continuit.

Et unde constat pari uultu et exules fuisse et restitutum. adeo moderationis beneficio medium se inter secundas res et aduersas animi stabilitate uelauit.

Tot familiis in uno genere laudis enumeratis Porcium nomen uelut expers huiusce glorie silentio pretereundum se negat fieri debere. Posterior Cato non paruo sue moderationis fisus iudicio cypriacam pecuniam maxima cum diligentia et sanctitate in urbem deportauerat. Cuius ministerii gratia senatus relationem interponi uidebat. ut pretoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. sed is id fieri passus non est. iniquum esse affirmans quod nulli tribueretur sibi decerni. atque ne quid in persona sua nouaretur campestrem experiri temeritatem quam curie beneficio uti satius esse duxit.

Ad externa iam mihi transire conanti M. Babillus uir amplissime dignitatis et summis honoribus functus manum inicit. qui cum in Syria prouincia moraretur duos egregie indolis filios a Gabianis militibus Egipti occisos cognouit. quorum interfectores ad eum uinctos regina Cleopatra misit. ut grauissime cladis ultionem arbitrio suo exigeret. At ille oblato beneficio quo maius nullum lugenti tribui poterat dolorem moderationi cedere coegit. Carnificesque sanguinis sui intactos e uestigio ad Cleopatram reduci iussit dicendo potestatem huius uindicte non suam sed senatus esse debere.

Tarentinus Archytas dum se Pitagore preceptis Metaponti penitus immergit magno labore multo tempore solidum opus doctrine complexus. postquam in patriam reuertit ac rura sua reuisere cepit animaduertit negligentia uillici corrupta et perdita. intuensque male meritum sumpsissem inquit a te supplicium nisi tibi iratus essem. maluit enim

impunitum dimictere quam per iram iusto gravius punire.

Nimis liberalis architae moderatio, temperantior platonis. Nam cum adversus delictum servi vehementius exarsisset, veritus ne ipse modum despicere non posset, Speusippo amico castigationis arbitrium mandavit. deforme enim futurum existimans si commisisset ut parem reprehensionem culpa servi et animadversio platonis mereretur.

Quo minus miror quod in Senocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit. audierat enim de se multa impie locutum, sine ulla cunctatione criminationem respuit. instabat tono vultu index, causam querens cur sibi fides non haberet. adiecit non esse credibile ut quem tantopere amaret ab eo invicem non diligeretur. postremo cum ad iusiurandum inimicitias absentis malignitas confugisset, ne de periurio eius disputaret, affirmavit numquam Senocratem illa dicturum fuisse, nisi ea dici expedire sibi iudicasset. Non in corpore mortali sed in arce celesti et quidem armatum animum eius statione vite putes peregisse, humanorum vitiorum incursus a se et victa pugna repellentem, cunctosque virtutis numeros altitudinis sue sinu clausos custodientem.

Nequaquam platoni litterarum commendatione par Syracusanus, sed quod ad prestandam moderationem attinuit vehementioris experimenti. patria pulsus a Dionisio tiranno Megaram petierat, ubi cum Theodorum principem eius urbis domi convenire vellet neque admitteretur, diuque multum ante fores retentus comiti suo patienter hoc ferendum esse ait. ut eum forsitan et nos cum in gradu dignitatis nostre essemus aliquid simile fecimus. qua tranquillitate consilii ipse sibi condicionem exilii placidiorem reddidit.

Transibulus etiam hoc loci apprehendendus est. qui populum dedit.

athenienses · xxx · tirannorum seuitia sedes suas relinquere coactum/ dispersam et uagam uitam miserabiliter exigentem ais pariter atque animis confirmatus in patriam reduxit. Insignem deinde restitutionem et libertatis uictoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. plebis enim scitum interposuit ne qua preteritarum rerum mentio fieret. hec obliuio quam athenienses amnestiam uocant/ concussum et labentem ciuitatis statum in pristinum habitum reuocauit.

Non minoris admirationis illud. Scatippus thegeates orantibus amicis ut grauem in administratione rei p. emulum sed alioquin probum et ornatum uirum qualibet ratione uel tolleret uel summoueret, negauit se facturum, ne quem in tutela patrie bonus ciuis locum obtineret malus et improbus occuparet. seque potius uehementi aduersario urgeri quam patriam egregio aduocato carere preoptauit.

Phytaci quoque moderatione pectus instructum. qui alceum poetam et amaritudine odii et uiribus ingenii aduersus se pertinacissime usum/ tirannidem a ciuibus delatam adeptus tantummodo quid in opprimendo posset admonuit.

Huius uiri mentio subicit ut de septem sapientium moderatione referam. a piscatoribus in Milesia regione uerriculum trahentibus quidam iactum emerat. extracta deinde magni ponderis aurea delphica mensa/ orta controuersia est. illis se piscium capturam uendidisse affirmantibus hoc fortune ductus emisse dicente. Qua conditione propter nouitatem rei et magnitudinem pecunie ad uniuersum ciuitatis populum delata placuit apollinem delphicum consuli. cuinam adiudicari mensa deberet. deus respondit illi esse dandam qui sapientia ceteros prestaret his uerbis · Tum illi

Milesio talentum mensam dederunt. Ille cessit eam bianti. bias pitaco. is primum alii. deinceps que per omnium vii sapientum orbem ad ultimum ad solonem peruenit. qui et titulum amplissime prudentie et premium ad ipsum apollinem translulit.

Atque ut Theopompo quoque spartanorum regi testimonium moderationis reddamus. qui cum primus instituisset ut ephori lacedemone crearentur. ita futuri regie potestati oppositi quemadmodum rome consulari imperio tribuni plebis sunt obiecti. atque illi uxor cum dixisset id egisse illum ut filiis minorem potestatem relinqueret relinquam inquit sed diuturniorem. optime quidem. Ea enim demum tuta est potentia que uiribus suis modum imponit. Igitur Theopompus regnum legitimis uinculis constringendo quo longius a licentia traxit hoc ad beniuolentiam ciuium propius admouit.

Antiochus autem a L. Scipione ultra taurum montem imperii finibus summotus cum asiam prouinciam uicinasque ei gentes ademisset gratias agere populo romano non dissimulanter tulit quod nimis magna procuratione modicis regni terminis uteretur. Et sane nichil est tam preclarum aut tam magnificum quod non moderatione temperari desideret.

Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia uel necessitudine. C. 2

Que quam multis et claris auctoribus illustrata est transgrediamur ad egregium humani animi affectum. que ob odio ad gratiam deflexum equidem leto stilo prosequamur. Nam sicut placidum mare ex aspero celum que ex nubilo serenum ilari aspectu sentitur sic bellum pace mutatum plurimum gaudii affert. offensarum etiam acerbitas deposita candida relatione celebranda est.

Marcus Emilius lepidus bis consul et pontifex maximus splendore que honorum par uite grauitate diu tales ac uehementes inimicitias

cu fulvio flacco eiusdem amplitudinis viro gessit. quas ut simul Censores creati sunt, in campo deposuit, existimans non oportere eos privatis inimicitiis dissidere, qui publice summa iuncti essent potestate. id iudicium eius et presens tunc etas conprobavit, et nobis veteres annalium scriptores laudandum tradiderunt.

Sexti livii quoque salinatoris fuiendarum inimicitiarum simul tantum illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is namque et si Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat testimonio eius precipue afflictus. postquam eum inde revocatum cives collegam illi consulatum dederunt, et ingenii sui quod erat acerrimum et iniurie quam gravissime acceperat oblivisci imperavit, ne si dissidente animo consortium imperii usurpare voluisset pertinacius exhibendo inimicum, malum consulem ageret. Que quidem mentis ad tranquilliores habitum inclinatio in aspero ac difficili tempore amiculo plurimum salutis urbi atque italie detulit, quia pari virtutis impetu conixi terribiles punicas vires contuderunt.

Clarum etiam in africano superiore ac Tiberio graccho depositarum inimicitiarum exemplum, siquidem ad cuius mense sacra odio dissidentes venerant ab ea et amititia et affinitate iuncti discesserunt. Non contentus enim Scipio auctore senatu in capitolio iovis epulo cum graccho concordiam communicasse filiam quoque ei corneliam protinus ibi despondit.

Sed huiusce generis humanitas etiam in marco Cicerone precipue apparuit. Aulum namque Gabinium repetundarum reum summo studio defendit. qui eum in consulatu suo urbe expulerat.

Item quoque P. vatinius dignitati sue semper infestum duobus publicis iudiciis tutatus est. ut sine ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude

quia spetiosius aliquanto iniurie beneficio uincuntur. quam mutui odii pertinacia pensantur.

Ciceronis autem factum adeo usum est probabile ut imitari id ne inimicissimus quidem illi P. Pulcer dubitauerit. qui incesti crimine a tribus lentulis accusatus unum ex his ambitus reum patrocinio suo protexit. atque animum induxit et iudices et pretorem et celeste edem intuens amicum lentulo agere inter quae ille salutem eius fedo crimine obruere cupiens hostili uoce perorauit.

Caninnius autem Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit. et G. Antonii quem dampnauerat filiam in matrimonium ducendo et mecolonium a quo damnatus fuerat rerum suarum procuratorem habendo.

Celii uero Rufi ut uita inquinata ita misericordia quam Q. Pompeio prestitit probanda. cum a se prius questione prostrato eius mater Cornelia fidei commissa predia redderet. atque ista auxilium suum litteris implorasset pertinacissime absenti affuit. recitauit etiam eius epistolam iudicio ultime necessitatis indicem. qua impiam Cornelie auaritiam subuertit. factum per eximiam humanitatem ne sub Celio quidem auctore repudiandum.

De continentia. C. 3.

Magna cura precipuoque studio referendum est quatopere libidinis et auaritie furori similes impetus ab illustrium uirorum pectoribus consilio ac ratione summoti sunt. quia hinc demum penates ea ciuitas id regnum eterno in gradu facile steterunt. ubi minimum uirium ueneris pecunieque cupido sibi uendicauerit. Nam quo he generis humani certissime pestes penetrarunt iniuria dominatur infamia flagrat. quibus relictis ei contrarios his tam diris uitiis mores commemoremus.

Quartum et uigesimum annum agens Scipio cum in Hyspania Cartagine

oppressa maioris Cartaginis capiende sumpsisset auspicia multosque
obsides quos in ea urbe peni clausos habuerant in suam potestatem redegisset
eximie inter eos forme virginem etatis adulte et iuvenis et celebs et
victor postquam comperit illustri loco inter celtiberos natam nobilissimeque
gentis eius Indibili desponsatam accersitis parentibus et sponso inviolatam
tradidit. aurum quoque quod pro redemptione puelle oblatum erat summe dotis
adiecit. qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus celtiberorum
animos romanis applicando meritis eius gratiam retulit.

Verum ut huius viri abstinentie testis hyspania. Ita M. Catonis Epi
ros achaya cyclades insule maritima pars asie provincia Cypros.
unde cum pecunie deportande ministerium sustineret, tam adversum
animum ab omni venere quam a lucro habuit. in maxima utriusque temptantie
materia versatus. nam et regie divitie potestate eius continebantur et
fertilissime deliciarum tot grece urbes necessaria totius navigationis
diverticula erant. atque id Munatius Russus cypriace expeditionis fidus
comes scriptis suis significat. Cuius testimonium non amplector. proprio enim
argumento laus ista nititur. Quoniam ex eodem nature utero et continentia nata est et Cato.

Drusum etiam germanicum eximiam Claudie familie gloriam patrieque
ornamentum et quod super omnia est operum suorum pro habitu etatis magnitudine
vitrico pariter ac fratri augusto duobus rei publice divinis oculis mirifice
respondentem constitit usum veneris inter coniugis caritatem clausum tenuisse.

Antonia quoque femina laudibus familie sue claritatem viriles super egressa
amorem mariti egregia fide pensavit. Que post eius excessum forma
etate florens cubiculum socrus pro coniugio habuit. In eodem quoque thoro
alterius adolescentie vigor extinctus est. alterius viduitatis experientia

consenuit. hoc tibiculum talib' experimentis summam imponat. deinceps hi
nacem' quorum animus aliquo in momento (cumulandi) comovendi pecuniam numquam vacavit.
Gneus. M. patricie gentis adolescens Ancii regis clara progenies.
cui corioli volscorum opidum captum cognomine adiecerunt. cum editis co
spicue fortitudinis operib' a postumo cominio consule accurata oratione
apud milites laudatus omnib' donis militarib' et agri centum iugerib'
et x captivorum electione et totidem ornatis equis centenario boum gre
ge argento quod quantum sustinere valuisset donaretur. nichil ex his preter
unius hospitis captivi salutem. equum quo in acie uteretur accipere voluit.
qua tam circumspecta animi moderatione nescias utrum maiore cum
laude premia meruerit an (r)eiecerit.
Marius autem curius exactissima norma romane frugalitatis idem
que fortitudinis perspectissimum specimen. samnitum legatis agresti
se in scamno assidentem foco eque (ligneo catino) ligneo catillo cenantem quales
epulas apparatus indicio est spectandum prebuit. Ille enim samnitum
divitias contempsit. samnites eius paupertatem mirati sunt. Nam cum ad eum
magnum magnum pondus auri publice missum attulissent. benignis
verbis invitatus ut eo uti vellet et vultum risu solvit. protinus sup
vacue inquit ne dicam inepte legationis ministri narrate samnitib'
M. curium malle locupletib' imperare quam ipsum fieri locupletem. atque
istud ut (preciosum) pretium ita malo hominum excogitatum munus refertote. etiam
mementote me nec acie vinci nec pecunia corrumpi posse.
Idem cum in italia pirrhum regem exegisset nichil omnino ex preda
regia qua exercitum urbemque ditaverat attigit. decretis etiam a se
natu septenis iugerib' agri populo sibi autem quinquaginta populari'

assignationis modum non excessit, parum idoneum rei publice civem existimans,
qui eo quod reliquis tribueret contentus non esset.
Idem sensit Fabricius luscinus honoribus et auctoritate omni civitati
temporibus suis maior, censu par unicuique pauperrimo, qui a Samnitibus
quos universos in clientelam habebat, x. eris et v. pondo argenti
totidem servos sibi missos in Samnium remisit, continentie sue benefi-
cio sine pecunia predives, sine usu familie habunde comitatus.
quia locupletem illum faciebat non multa possidere sed modica desiderare.
Ergo domus eius quemadmodum ere et argento et mancipiis Samnitum
vacua, ita gloria ex his contemptis parta et referta fuit.
Consentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt. legatus
enim ad pirrhum profectus cum apud eum Cineam thesalum narrantem au-
disset quendam atheniensem sed clarum sapientia suadere, nequid aliud
homines quam voluptatis causa facere vellent. pro monstro eam vocem acce-
pit. continuoque pirrho et Samnitibus istam sapientiam detestatus est. licet
athene doctrina sua glorientur. vir tamen prudens Fabricii detestationem
quam Epicuri maluit precepta. quod eventus quoque indicavit. Nam que urbs volup-
tati plurimum tribuit imperium maximum amisit. que labore delectata est
occupavit. et illa libertatem tueri non valuit. hec etiam donare potuit.
Fabricius Q. Tuberonem cognomine Catulum discipulum fuisse merito
quis existimaverit. Cui consulatum gerenti cum etolorum gentes omnis
usus argentea vasa magno pondere et exquisita arte fabricata per lega-
tos misisset, qui superiore tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant
fictilia se in eius mensa vidisse vasa, monitos ne continentie quasi paupertati
succurrendum putarent, cum suis sarcinis abire iussit. Quam bene etholia

domestica prebuerat si frugalitatis eius exemplum posterior etas sequi voluisset. Nunc quo ventum est? a servis vix potest impetrari ne eam supellectilem fastidiant quam tunc uti consul non erubuit.

At Perse rege devicto Paulus Emilius cum macedonicis opibus veterem atque hereditariam urbis nostre paupertatem eo usque satiasset ut illo tempore primum populus romanus tributi prestandi onere se liberaret, penates suos nulla ex parte locupletiores fecit. preclare secum actum existimans quod ex illa victoria alii pecuniam ipse gloriam occupasset.

Atque huic animi eius iudicio Q. Fabius gurges munerius pictor Q. ogolnius scripserunt. Qui legati ad Tholomeum regem missi munera que ab eo privatim acceperant in erarium equidem priusquam ad senatum referrent detulerunt. scilicet de publico ministerio nichil cuiquam preter laudem bene administrati officii accedere debere iudicantes.

Quam illud humanitatis senatus et attente maiorum discipline indicium est. data sunt enim legatis que in erarium reposuerant non solum patrum conscriptorum decreto sed etiam populi permissu. eaque legatis questores prompte distribuerunt. Ita in eisdem Tholomei liberalitas legatorum abstinentia senatus ac populi equitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

Fabiorum et Ogolnii continentie Calphurnium pisonem in consimili genere laudis emulum fuisse res ipsa documento est. Consul gravi fugitivorum bello a se liberata Sicilia eos quorum precipua opera usus fuerat imperatorio more donis prosequebatur. inter quos filium suum aliquot locis preliatum fortissime titulo trium librarum aurate corone decoravit. prefatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari quod in ipsius domum rediturum esset. tantumque ponderis se testamento adolescenti legaturum

promisit, ut honorem publice a duce partum privatim a patre reciperet.

Haec si quis ex hoc seculo vir illustris pellibus edinis pro stragulis utatur
tribusque servis comitatus Yspaniam regat, et quingentorum assium sumptu transmarinam provinciam petat, eodemque et cibo et vino quo nautae uti contentus
sit, nonne miserabilis existimetur? Atque ista patientissime toleravit Catonem summa dulcedine continebat.

contra grata frugalitatis consuetudo in hoc genere vite illum

Multum a prisca continentia spatio annorum posterior Cato descendit, utpote
in civitate iam divitiis et lautitia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus
interesset, filium secum trahens, vii servos habuit, numero plures quam superior, temporum
diversis moribus pauciores. Exultat animus maximorum virorum memoria percurrens.

Scipio Emilianus post duos inclitos consulatus totidemque suae praecipue gloriae
triumphos vii servis sequentibus officio legationis functus est. Et puto Cartaginis ac Numantiae spoliis comparare plures potuerat, nisi operum suorum
ad se laudem, manubias ad patriam redundare voluisset. Itaque cum per socios et exteras gentes iter faceret, non mancipia eius sed victoriae numerabantur, nec
quantum auri et argenti, sed quantum amplitudinis pondus extimabatur.

Continentia vero etiam in universis plebis animis saepe numero cognita est. Sed
habunde erit ex his duo exempla longe inter se distantium seculorum retulisse.

Pirrus imperii sui terrore soluto ac iam epiroticis armis languentibus
benivolentiam populi romani mercari, quia virtute debilitare nequiverat, cupiens
pene totum regiarum opum apparatum in urbem nostram transtulit. Ceterum
cum et magni pretii et varii generis a legatis eius tam virorum quam feminarum apta
usui munera circa domos ferentur, nulla cuiusquam dono ianua patuit.
Tarentinae petulantiae animosus magis quam efficax defensor, haud scio
maiore cum gloria urbis armis an moribus repulsus sit.

In illa quoque procella de qua C. Marius et L. Cinna rem publicam inflexerant
abstinentia populi romani mirifica conspecta est. Nam cum a se proscriptorum penates
vulgi manibus rapiendos abiecissent, inveniri nemo potuit, qui civili
luctu predam peteret. Unus enim quisque se ab his perinde ac si a sacris [templis] edibus
abstinuit. Que quidem tam misericors plebi [continentia] tacitum victorum crudelium [in] convicium fuit.

Ac ne eiusdem laudis commemorationem externis invideamus, Pericles
atheniensium princeps, cum tragediarum scriptorem Sophoclem in pretura col-
legam haberet, isque publico officio una districtus pueri ingenui pretereuntis
formam impensioribus verbis laudasset, intemperantiam eius increpans dixit, pretorem
non solum manus a pecunie lucris sed etiam oculos a libidinoso aspectu con-
tinendos esse debere.

Sophocles autem etate iam senior cum ab eo quidam quereret, an etiam
nunc rebus venereis uteretur, Dii meliora inquit [faciant], libenter enim
istinc [a venere] tamquam ex aliqua furiosa profugi dominatione.

Eque abstinentis senectute Xenocratem fuisse accepimus, cuius opinionis
non parva fides erit narratio que sequitur. In pervigilio [nocte tota] Phryne [meretrix] nobile
athenis scortum iuxta eum vino gravem occubuit pignore cum quibusdam
iuvenibus posito, an temperantiam eius corrumpere posset. Quam nec tactu nec sermone
aspernatus quoad [ipsa] voluerat in sinu suo moratam propositi irritam dimisit. Fac-
tum sapientia imbuti animi abstinens, sed meretricule quoque dictum perquam [valde] facetum.
Deridentibus eam se adolescentibus quod tam formosa tamque elegans poti [ebrii] senis animum
illecebris sollicitare non potuisset, pactumque victorie flagitantibus de homine
se cum his non de statua pignus posuisse respondit. Potestne hoc Xenocra-
tis continentia a quoquam magis vere magisque proprie demonstrari, quam ab ipsa
meretricula expressa est? Phryne pulcritudine sua nulla parte constantissimam

eius abstinentiam labefeceat.

Quid rex alexander diuitiis eum quatere potuit? ab illo quem statuam equidem eque frustra temptatam putes. legatos ad eum cum aliquot talentis misit. quos in achademia perductos solito sibi idest modico apparatu et admodum paruulis copiis excepit. postero die interrogantibus cuinam annumerari pecuniam vellet. quid uos inquit hesterna cena non intellexistis ea me non indigere? Ita rex philosophi amicitiam emere voluit, philosophus regi suam vendere noluit.

Alexander uero cognomine inuicti assecutus, continentiam diogenis cinicam uincere non potuit. ad quem cum in sole sedentem accessisset hortaretur quod ut si qua prestari sibi vellet indicaret, quemadmodum erat in crepidine collocatus sordide appellationis sed robuste uir prestantie, mox inquit de ceteris interim uelim a sole michi non obstes. quibus uerbis illa nimirum inhesit sententia, alexander diogenem gradu suo diuitiis pellere temptat celerius armis darium.

Item siracusis cum olera ei lauanti aristippus dixisset si dionisium adulare uelles ista non esses. ymo inquit si ista esse uelles non adulares dionisio.

de paupertate. c. 4.

Maxima ornamenta esse matronis liberos apud pomponium rufum collectorum libro 4 sic inuenimus. Cornelia graccorum mater cum campana matrona apud illam hospita ornamenta sua ei pulcerrima illius seculi ostenderet traxit eam sermone quousque e scola redirent liberi et hec inquit ornamenta sunt mea. Omnia nimirum habet qui nichil concupiscit. eo quidem certius quo cuncta possidet. quam dominium rerum collabi solet. bona mens prefertur diuitiis. bone mentis usurpatio nullam

triusforis forme recipit inversam. Itaque quorsum attinet aut et diui-
tias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miseriarum statu poni.
cum et illarum frons ilaris multis intus amaritudinibus sit referta.
et huius horridior aspectus solidis et certis bonis habundet? Quod melius
personis quam verbis representabitur.

Regio imperio propter nimiam Tarquinii superbiam finito, consulatus initium
Valerius publicola cum Iunio bruto auspicatus est. Idemque post ea tres
consulatus acceptissimos populo romano gessit. et plurimorum ac maximorum
operum pretexta titulum ymaginum suarum amplificavit. Cum interim fastorum
illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impensa sufficiente
decessit. Ideoque publica pecunia ducte sunt. Non attinet ulteriore dis-
putatione tanti viri paupertatem scrutari. habunde enim patet. quid
vivus possederit. cui mortuo lectus funebris et rogus defuit.

Quante amplitudinis Menium agrippam fuisse arbitremur? quem
senatus et plebs pacis in se faciende auctorem elegit. quante scilicet esse
debuit arbiter publice salutis. hic nisi a populo romano collatis in capita sex
tantibus funeratus non esset. Ita pecunie inops decessit. ut sepulture ho-
nore caruisset. Verum idcirco perniciosa seditione divulsa civitas
manibus agrippe in unum contrahi voluit. quia eas pauperes quidem
sed sanctas animadverterat. Cuius ut superstitis vallum fuit quod in censum defer-
ret. Ita extincti hodieque amplissimum patrimonium est romana concordia.

In .C. quoque fabritii et Q. Emilii papirii principum illi seculi sui do-
mibus argentum fuisse confiteamur oportet. utraque enim patellam deorum et
salinum habuit. Sed egit lautius fabritius quod patellam suam corneo pediculo
sustineri voluit. papirius quoque satis animose. qui cum hereditatis nomine

eam accepisset et religionis causam alienandam non putavit.
Illi etiam predivites qui ab aratro arcessebantur ut consules fierent
voluptatis causa sterile atque estuosissimum Pupinie solum versabant
delitias quoque ignari vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant.
immo vero quos pericula rei p. imperatores asserebat angustie rei familiaris
quid cesso proprium nomen veritati reddere bubulcos fieri cogebant.
Atilium vero qui ad eum arcessendum a senatu missi erant ad imperium
populi R. suscipiendum semen aspergentem viderunt. sed ille rustico opere attrite
manus salutem publicam stabilierunt. ingentes hostium copias pessum dederunt.
queque modo arantium boum iugum rexerant triumphalis currus habenas re
tinuerunt. Nec fuit his rubor eburneo scipione deposito agrestem stivam
aratri repetere. possunt pauperes consolari Atilii sed multo magis docere locupletes.
quam non sit necessaria solide laudis cupidini anxia divitiarum comparatio.
Eiusdem nominis et sanguinis Atilius Regulus primi punici belli gloria clades
quoque maxime cum in Africa insolentissime Carthaginis opes crebris victoriis con
tunderet. ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium
cognovisset. consulibus scripsit. villicum in agello quem .vii. iugerum in Pupinia
habebat mortuum esse. occasionemque nactum mercennarium amoto deinde ru
stico decessisse. ideoque petere ut sibi successor mitteretur ne deserto
agro non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. que postquam senatus a
consulibus accepit. et agrum edili villico colendum locari et alimenta
coniugi eius ac liberis preberi. et que amiserat redimi publice iussit.
tanti erario nostro virtutis Atiliane exemplum quo omnis etas romana gloriabitur stetit.
Eque magna latifundia .L. Quinti Cincinnati fuerunt. septem enim in
gera agri possedit. ex his quoque tria que pro amico ad erarium obsigna

uerat multe nomine amisit. penam quam pro filio Cesone qui ad causam dicendam
non occurrisset huius agelli reditu soluit. et tamen ei iiii^or iugera aranti
non solum dignitas patrie familie constitit. sed etiam dictatura delata est.
anguste se habitare nunc putat [aliquis] cuius domus tantum patet quantum Cincinnati rura
Quid Elia familia? quam locuples? xvi. eodem tempore Elii [patuerunt]
fuerunt quibus una domuncula erat eodem loco quo nunc mariana mo-
numenta. et unus in agro [ueietano] uegente fundus multo minus cultores de-
siderans quam dominos habebat. Itaque maximo circo et flaminio spectaculi
locus que quidem loca ob [uirtutem] ueritatem publice donata possidebant. eadem
gens nullum ante scripulum argenti habuit quam paulus perse [rege] deuicto. Q.
Elio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex preda donaret. Taceo
enim quod princeps ciuitatis filiam ei nuptum dedit. cuius penuria tam ieiunos
penates uidebat. qui ipse quoque adeo inops decessit ut nisi fundum quem
unum [libero] reliquerat uenisset. unde uxor eius dotem reciperet non extitisset.
Animi uirorum et feminarum uigebat in ciuitate eorumque bonis dignitatis
extimatio cunctis in rebus ponderabatur. hec imperia conciliabat. hec uige-
bat affinitates. hec in foro. hec intra priuatos parietes plurimum poterat.
patrie enim rem unusquisque non suam augere properabat. pauperque in diuite
quam diues in paupere imperio uersari malebat. atque huic tam preclaro propo-
sito illa merces [al. reddebat] tribuebatur quod nichil eorum que uirtuti deberetur emere
pecunia licebat. Inopie quoque illustrium uirorum publice succurrebatur.
Itaque cum secundo punico bello Gn. Scipio ex yspania senatui scripsisset
petens ut sibi successor mitteretur quia filiam adultam uirginem adulte iam
etatis haberet [re]. neque ei sine se dos expediri posset. Senatus ne res publica
bono duce careret. patris sibi partes assumpsit. consilio quoque uxoris ac

propinquorum Scipionis constituta dote summam eius ex erario erogavit ac
i. denariorum vilis monete
puellam nuptum dedit. dotis modus XL milia eris fuit. quo non solum
humanitas patrum conscriptorum sed etiam habitus veterum patrimoniorum cognosci
potest. namque adeo fuerunt arta ut Actia Cesonis filia maxima dote
ad virum X milia eris attulisse visa est. et Megullia que cum quingentis
que prime fuerunt quam posset mitti dari dotate
milibus eris mariti domum intravit Dotate cognomine invenerunt.

Idem senatus Fabritii Luscini Scipionis que filias ab indotatis nuptiis
liberavit
liberalitate sua vindicavit. quoniam paterne hereditati preter optimam
gloriam nichil erat quod acceptum referret.

Marcus autem Scaurus quantulam a patre hereditatem acceperit primo
libro eorum quos de vita sua transcripsit refert. ait enim sibi esse decem
pro numorum
sola mancipia totum que censum V. atque XXX milium nummum relictum
i. fuit ei de senatoribus unus singularis
in hac ille pecuniam futurus senatus princeps nutritus est spiritus.

Hec igitur exempla respicere his acquiescere solatiis debeamus qui
enim
parvulos census nostros numquam querelis esse vacuos sinimus. nullum autem
admodum parvi ponderis argentum paucos servos VII iugera aride
terre indigentia domestica impensa funeris inopes dotum filias sed
egregios consulatus mirificas dictaturas innumerabiles triumphos
paupertatem fortuna
cernimus. Quid ergo mendicam fortunam quasi precipuum generis humani
malum diuturnis conviciis laceramus? que ut non habundantibus ita fidis
dicitis tamen non est dampnum in isto capitulo
uberibus Publicolas Emilios Fabritios Curios Scipiones Scauros his
que paria robora virtutis aluit. expergiscamur potius animis pecunieque
aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus.
namque per Romuli casam perque veteris capitolii humilia tecta et
tenuis ego auctor
eterne Veste focos fictilibus etiam nunc vasis contentos iuro

nullas

Nullas diuitias paupertati talium uirorum posse preferri.

De uerecundia. c. 5.

Quam tempestiuus ad uerecundiam transitus uidetur. hec enim iustissimis uiris precipit ut priuatas facultates negligerent, publicas quam amplissimas esse cuperent. digna cui proinde atque celesti numini templa extruantur, areque consecrentur. quia parens est omnis honesti consilii, tutela sollennium officiorum, magistra innocentie, cara proximis, accepta alienis. omni loco, omni tempore fauorabilem pre se referens uultum.

Sed ut laudibus eius ad facta ueniamus. a condita urbe usque ad Africanum et Tiberium Longum consules promiscuus senatui et populo spectandorum ludorum locus erat. Numquam tamen quisquam ex plebe ante patres conscriptos ludos in theatro spectare sustinuit. adeo circumspecta ciuitatis nostre uerecundia fuit. que quidem et certissimum sui documentum in illo die exhibuit, quo Lucius Flamineus extra in parte theatri constitit. qui a M. Catone et L. Flaccho censoribus senatu motus fuerat, consulatus iam honore defunctus frater etiam Titi Flaminei macedonie philippique uictoris. omnes enim transire eum in locum dignitatis sue coegerunt.

Confregit rem p. Tarentinus Cannensis pugne temerario ingressu. Idem delatam ab uniuerso senatu et populo dictaturam accipere non sustinendo pudore culpam maxime cladis redemit. effecitque ut acies deorum ire modestia ipsius moribus imputaretur. Itaque titulo ymaginis eius speciosius non recepta dictatura quam aliorum gesta ascribi potest. Nos autem ad preclarum uerecundie opus transgrediamur.

Magna cum inuidia fortuna pretoris comitiis Africani superioris filium Gneum et scribam Cicereum in campum deduxerat. utque nimis

.I.

impotens s'mone uulgi carpebat. q' tanti uiri sanguinem clientela q3 co
mitiali certamine confuderat. Cete2 crimen ei' in suas laudes Cat' conuert.
na ut uidit se omib' centuriis Scipioni anteferri templo descendit.
abiectaq3 candida toga competitoris sui suffragatorem se agere cepit.
ut s. p'turaz melius africani memorie concederet q' sibi uendicaret. nec non max'
ee uerecundie p'tinz. Scipio tunc honorem adept' e. s' Catereos magistrat'.

At ne p'tin' comitiis abeam'. consulatum petens L. Crassus latus s't
cu omiu candidator ore circum forum supplex p'plo ire cogeretur.
nunq' adduci potuit ut id p'sente. Q. Scevola grauissimo 2 sapientissio
uiro socero suo faceret. Itaq3 rogabat eu ut a se du inepte rei s'uisset
discederet maiorem uerecundie dignitati ei' q' candide sue toge respectu agens.

Pompei' aut magn' phasalica acie uictus a Cesare cu postero
die Larissam intraret. opidiq3 illi' uniuersus p'plus obuiam ei p'cessiss.
ite inquit 2 istud officium p'state uictori. dicere non dign' q uinceret
nisi a Cesare esset supat'. Ecce modestus in calamitate. na q' digni
tate sua uti iam non poterat. usus est uerecundia.

Quam p'cipuaz in G. q' Cesare fuisse 2 sepenumero apparuit. 2 ultim'
ei dies signauit. compluris eni patricidar uiolat' mucronib' inter ipsu
illud tps quo diuin' spirit' mortali discernebat a corpore. ne tribus
quidem 2 xx uulnerib' quin uerecundie obsequeret' obsterri potuit.
si quidem utraq3 manu togam dimisit. ut inferior ps corporis tecta collabe
ret'. In hunc modum non homines expirant. s' dii inmortales sedes suas repetunt.

Quod sequit' externis annectam. q' an gestum est q' etrurie ciuitas
duret'. Excellentis in ea regione pulcritudinis adolescens nomine Spuri
na cu mira specie complurium feminar illustrium sollicitaret oculos.

ideo quod uiris et parentibus eam se suspectam esse sentiret. oris decore uulneribus confudit. deformitatemque sanctitatis sue fidem quam formam irritamentum aliene libidinis esse maluit.

Athenis quidam ultime senectutis cum spectatum ludos in theatrum uenisset eumque nemo e ciuibus sessum reciperet, ad lacedemoniorum legatos forte peruenit. qui hominis etate moti canos eius et annos assurgendi officio uenerati sunt. sedemque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt. quod ubi fieri populus aspexit maximo plausu aliene urbis uerecundiam comprobauit. ferunt quoque tunc unum e lacedemoniis dixisse. Ergo athenienses quid sit rectum sciunt, sed id facere negligunt.

De amore coniugali. C. vi.

A placido et leni affectu ad eque honestum uerum aliquanto ardentiorem et concitatiorem pergam. legitimi quoque amoris quasi quasdam imagines non sine maxima ueneratione contemplandas lectoris oculis subiciam. ualenter inter coniuges karitate fidei opera pariens ardua imitatu. Ceterum cognitioni utilia: quia excellentissima animaduertenti ne mediocria quidem prestare uictori oporteret esse.

Titus Gracchus anguibus domi sue mare ac femina apprehensis certior factus ab aruspice mare dimisso uxori eius femina ipsi celerem obitum instare, salutarem coniugi potius quam sibi partem augurii secutus marem necari feminam dimitti iussit. sustinuitque in conspectu suo se ipsum interitu serpentis occidi. Itaque corneliam nescio utrum feliciorem dixerim quod talem uirum habuerit, an miseriorem quod amiserit.

O te thessalie rex admete crudelem et durum tanti criminis sub magno iudice dampnatum. qui coniugis tue fata pro tuis permutari passus es.

ea q; ne tu extinguerere uoluntario obitu corrupta lucem ineri potuisti. et certe quare tu non tum prius indulgentiam temptauias.

Tytor graccho inique fortune uictima. quam senatorij uir ordinis. G. plauti Numida ... hic in consimili amore par extitit. morte enim uxoris audita doloris impotens pectus suum gladio percussit. interueniente deinde domesticorum incepto exequi prohibitus colligatusque, cum primum occasio data est. scissis fasciis ac uulnere diuulso constanti dextra spiritum luctus acerbitate proximum ex ipsis precordijs et uisceribus hausit, tam uiolenta morte testatus quantum maritalis flamme in illo pectore clausum habuisset.

Eiusdem ut nominis ita amoris quam .M. plautius. Nam cum imperio senatus classem sociorum .lx. nauium in asiam reduceret. tarentumque appulisset, atque ibi uxor eius oristilla que illuc eum prosecuta fuerat, morbo pressa decessisset, funerata ea in rogum imposita, inter officium ungendi et osculandi stricto ferro incubuit. quem amici sicut erat togatum et calceatum corpori coniugis iunxerunt, ac deinde subiectis facibus utrumque una cremauerunt. Quorum ibi factum sepulcrum est Tarenti. et nunc conspicitur quod uocatur τῶν ... των . nec dubito quin siquis manibus extinctis sensus inest. plautius et oristilla fati consortione gestientes uultus tenebris intulerunt. tamque ubi idem et maximus et honestissimus amor est aliquanto prestat morte coniungi quam distrahi uita.

Consimilis affectus Iulie. G. Cesaris annotatus est. que cum edilitijs comitijs pompei magni coniugis sui ueste cruore respersam e campo domum relatam uidisset, territa metu nequa uis ei esset allata, exanimis concidit. partumque quem utero conceptum habebat, subita animi consternatione et graui dolore corporis eicere coacta magno quidem cum

toti terrarum orbis detrimento. cuius tranquillitas tot tamque crudelium bellorum trucu-
lentissimo furore perturbata non esset, si Cesaris et Pompei concordia communis
sanguinis vinculo constricta mansisset.

Tuos quoque castissimos ignes Porcia M. Catonis filia cuncta secula
debita admiratione prosequentur. Que cum apud Philippos victum et inte-
remptum virum tuum Brutum cognosceres, quia ferrum non dabatur, ardentes
ore carbones haurire non dubitasti. muliebri spiritu virilem
patris exitum imitata. sed nescio an hoc fortius quod ille usitato, tu novo
genere mortis absumpta es.

Sunt et alienigeni amores iusti obscuritate ignorantie non
obruti, e quibus paucos attigisse satis erit.

Gentis Carie regina Arthemisia virum suum Mausolum fato assum-
ptum quantopere desideraverit leve est post conquisitorum omnis generis honorum
monumentique usque ad VII miracula provecti magnificentiam argu-
mentari. quid enim aut eos colligas aut de illo inclito tumu-
lo loquare cum ipsa Mausolei ac spirans sepulcrum fieri concupie-
rit eorum testimonio qui illam extincti ossa potioni aspersa bibisse tradunt.

Hypsicratea quoque regina Mitridatem coniugem suum effusis caritatis
habenis amavit. propter quod precipuum forme sue decorem in habitum virilem
convertere voluptatis loco habuit. tonsis enim capillis equo se et armis
assuefecit quo et facilius periculis et laboribus eius interesset. quin etiam vic-
tum a Gneo Pompeio per efferatas gentes fugientem animo pariter et corpore
infatigabili secuta est. cuius tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mitri-
dati maximum solatium et iocundissimum lenimentum fuit. cum domo enim
et penatibus vagari se credidit uxore simul exulante.

Verum quid Asie quid barbarie inmensas solitudines quid latebras
Pontici sinus scrutor cum splendidissimum totius Grecie decus Lacedemon
parem uxorie fidei specimen tam nostris ostentet oculis. plurimis
et maximis patrie sue laudibus non admiratione facti comparandum. Mi-
nie quorum origo ex inclito sociorum Iasonis numero Lemnium insula con-
cepta per aliquot seculorum vices stabilis in sede manserat a Pelasgis
pulsi armis aliene opis indigentes excelsa Taygetorum montium iuga
supplices occupaverunt. quos Spartana civitas respectu Tyndaridarum
namque in illo nobilis fame navigio destinatum sideribus par fratrum
fulserat deductos inde legibus commodisque suis inmiscuit. sed hoc tam
beneficium in iniuriam bene merite urbis regnum affectantes verte-
runt. quapropter publice custodie inclusi capitali asservabantur supplicio.
quod cum vetere instituto Lacedemoniorum nocturno tempore passuri essent coniu-
ges eorum illustris ibi sanguinis velut allocuture perituros viros impe-
trato a custodibus aditu carcerem intraverunt. commutataque veste per
simulationem doloris velatis capitibus eos abire passe sunt. hoc loco
quid aliud adiecerim quam dignas fuisse illas quibus Minie nuberent.

De amicitia. C. 7.

Complectemur nunc amicitie vinculum potens et prevalidum neque
ulla ex parte sanguinis viribus inferius. hoc etiam certius et exploratius
quod illud nascendi sors fortuitum opus. hoc uniuscuiusque solido iudicio
inchoata voluntas contrahit. Itaque celerius sine reprehensione propinquum
aversere quam amicum. quia altera diremptio utique iniquitatis altera
utique levitatis crimini subiecta est. Cum enim deserta sit futura
vita hominis nullius amicitie cincta presidio. tam necessarium subsidium

temere assumi non debet. Semel autem recte apprehensus spernere non
convenit. Sincere vero fidei amici precipue in adversis rebus cognoscuntur,
in quibus quicquid prestatur totum a constanti benivolentia proficiscitur. Felici-
tatis cultus quia maiore ex parte adulationi quam caritati erogatur,
certe suspectus, tamquam ac plus semper petat quam impendat. Accedit
huc quod infracte fortune homines magis amicorum studia desiderant
vel presidii vel solatii gratia. Nam leta quidem et prospera negotia ut pote
cum divina suffragatione foveantur humana minus indigent. Tenacius
igitur eorum nomina posteritatis memoria apprehendit qui adversos ami-
corum casus non deseruerunt quam qui prosperum vite cursum comitati sunt.

Nemo de Sardanapalli familiaribus loquitur. Orestes Philade pene
amico quam Agamemnone notior est patre. Siquidem illorum amicitia in consor-
tione deliciarum et luxurie contabuit. horum dure atque aspere conditionis
solatium miseriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum do-
mesticis prius liceat uti?

Inimicus patrie fuisse Gracchus [tiberius] existimatus est, nec inmerito, quia
potentiam suam saluti eius pretulerat. quam constantis tamen fidei amicum etiam in
hoc tam pravo proposito G. Blosium Cumanum habuit, operepretium est
cognoscere. hostis iudicatus, ultimo supplicio [quia mortuus fuit] affectus, sepulture honore
spoliatus [privatus], benivolentia tamen eius non caruit. Nam cum senatus Rutilo et Lenato con-
sulibus mandasset ut in eos qui cum Graccho consenserant more maiorum
animadverterent [punirent], et ad Lelium, cuius consilio precipue consules utebantur, pro se
Blosius deprecatum venisset, familiaritatisque excusatione uteretur, atque is
dixisset "quid si te [fecisset] Gracchus templo Iovis optimi maximi faces
subdere [mittere] iussisset, obsecuturusne illius voluntati propter istam quam iactas

familiaritate fuisses? nimis inquit istud Gracchus imperasset. Satis
immo et nimium. totius namque senatus consensu damnatos mores defendere
ausus est. Verum quod sequitur multo audacius multoque periculosius. Compressus
enim perseveranti interrogatione Lelii in eodem constantie gradu stetit.
seque et hoc si modo Gracchus annuisset facturum respondit. quis illum sceleratum
putasset fuisse si tacuisset? quis non etiam sapientem iudicasset si pro necessi-
tate temporis locutus esset? at Blosius nec silentio honesto nec prudenti
sermone salutem suam, ne qua ex parte infelicis amicitie desereret tueri voluit.
In eadem modo eque robusta constantia amicitie exempla obruuntur.
Proscriptis enim iam et perditis G. gracchi consiliis rebusque cum tota eius conspira-
tio late quereretur, desertum omni auxilio duo tantum amici Pomponius et
Lectorius ab infestis et undique ruentibus telis oppositu corporum suorum
texerunt. quorum Pomponius quo is facilius evaderet, concitatum sequentium
agmen in porta trigemina aliquamdiu acerrima pugna inhibuit. nec
vivus pelli potuit. sed multis confectus vulneribus transitum super cadaver
suum eis credo etiam post fata invitus dedit. Lectorius autem in ponte
sulpicio constitit. et eum donec Gracchus transiret, ardore sui spiritus
sepsit. ac vi multitudinis obrutus converso in se gladio celeri sal-
tu profundum tiberis petiit. quamque in eo ponte caritatem toti patrie Oratius
cocles exhibuerat unius amicitie adiecta voluntaria morte
prestitit. Quos tamen Gracchi si aut patris aut materni avi secta
vite ingredi voluissent habere milites potuerunt. quo enim impetu qua
perseverantia animi Blossii Pomponii et Lectorii trophea ac triumphos eorum
adiuvissent. furiosi conatus tam strenui comites sinistris quidem au-
spiciis amicitie conditione secuti. sed quo miseriora hoc certiora

fideliter culte nobilitatis exempla.

Vti autez regiri si ad debitaz piu ministerio sinceritatē exigatur
posteritatis conuitio lacerand⁹. si amicitie fido pignore extimetur
i optimo laudabilis portu relinqued⁹ est. Tiberi⁹ eū plebis cepio-
nez i carcerez coniectū q illi⁹ culpa exercit⁹ nr̄ a cymbris i theu-
tonicis videbat⁹ delat⁹ veteris artesq amicitie memor publica cu-
stodia liberavit. nec hacten⁹ amicū egisse content⁹ i fuge ei⁹ comes
accessit. Proch magnū & inexupabile tuū numē amicitia. cū ex
altera pte rei. p. manū inecteret, ex altera tua illuz dextra tra-
heret, & illa ut sacrosanctā ēē vellet exigeret tu exiliū indicās
adeo blando uteris ipio suppliciuz honori ptulit. admirabile hoc
opus tuū. s; qd sequit aliquato laudabili⁹.

Recognosce eū quousq volumiȝ constantē erga amicū suū ca-
ritatez sine ulla rei. p. iniuria euexeris. Qui ort⁹ equestri loco
M. lucullū familiariter coluisset, eū q M. antoni⁹ q2 bruti &
cassii ptes fuerat secut⁹ iteremisset, i magna fugiendi licentia
exanimi amico adhesit. brut⁹ q i lacrimas & gemit⁹ pfusus ut
nimia pietate cam sibi mortis arcesseret. Na q pp ppnā & pseue-
rantez lamētationē ad antoniū ptract⁹ est. Cui postq i conspectu
stetit. iube me inquit ipator, ptin⁹ ad luculli corpus ductū occidi.
neq eū assūpto illo supēē debeo. cū ei infelicis militie auctor
extiterim. Quid hac fideli benivolentia? mortez amici hosti⁹ odio
levavit. vitaz suaz consilii crimine astrinxit. quoq illū mi-
rabiliorē redderet, se fecit invisiorez. nec difficiles antonii au-
res habuit. duct⁹ q quo voluerat dextraz luculli avide cosolat⁹ osculat⁹

caput quod abscisum iacebat sublatum pectori suo applicuit. deinde dimissam cervicem victoris gladio prebuit.

Loquatur grecia thesea nefandis pirithoi amoribus subscribentem ditis se patris regnis commisisse. vani est illud narrare, stulti credere. mixtum amicorum cruorem et vulneribus innexa vulnera mortique inherentem mortem videre. hec sunt vera romane amicitie indicia, illa gentis ad fingendum parate monstro similia mendacia.

L. vero petronius huiusce laudis consortionem merito vendicat. pari enim inclite amicitie ausu pari gloria pretio asserenda est. admodum humili loco natus ad equestrem ordinem et splendide militie stipendia publii lelii beneficio pervenerat. cui gratum animum quia leta in materia exhibere non contingerat, in ea quam inimica (vel amicam) fortunam esse voluit, cum multa fide prestitit. Erat l. octavio consule placentie prepositus lelius. que a cinnano exercitu capta et senior iam et gravi valitudine affectus ne in potestatem hostium veniret, ad auxilium dextere petronii confugit. quem is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere in eisdem perseverantem precibus interemit. cedique eius suam iunxit, ne eo iacente per quem omnia dignitatis incrementa assecutus fuerat superesset. ita alterius fato verecundia alterius pietas causam prebuit.

Iungendus petronio Servius terentius est. quamquam ei sicut cupierat pro amico suo perire non contingerit, incepto namque egregio non irrito eventu extimari debet. quia quantum in illo fuit et ipse extinctus est. Et decius brutus periculum evasit mortis. qui fugiens a Mutina ut ad se interficiendum ab antonio missos equites advenisse cognovit, quodam in loco iuste pene debitum spiritum tenebris furari conabatur.

eo quod iam facta irruptione Terentius fideli medano obscuritate ipsa suffra
gante brutum se esse simulavit. et corpus suum trucidandum equitibus obiecit. verum
cognitus a furio cui brutiane ultionis officium mandatum fuerat, necem suam
amici supplicium discutere non potuit. sic invitus fortuna cogente vixit.

Ab hoc horrido et tristi pertinacis amicitie ad letum et serenum vultum
transeamus. atque inde eam evocatam ubi $\overset{\text{omnia}}{\text{omnino}}$ lacrimis gemitu
redibus fuerat referta, in eo quo dignior est felicitatis domicilio
collocemus, gratia honore habundantissimis opibus fulgentem. Oriri ergo
ab illa que sanctorum umbris dicata esse creditur sede. hinc decimi lelii,
illinc M. agrippe alterum virorum, alterum deorum max[imus; "us" written above the line] amicum, et certa mente
et secundis ominibus sortiti totum beate tutele gregem. qui vero ductu ve
neranda sincere fidei stipendia laudibus et premiis honustus peregit. in
lucem nobilitatis protrahite. vestros enim constantes animos vestra strenua ministeria
vestras inexpugnabiles taciturnitates, pro dignitate et salute amicorum
perpetuam excubationem testationem et benivolentiam et rursus harum rerum uberri
mos fructus posterior intuens etas in excolendo amicitie iure quam
libentius quam etiam religiosius erit operata.

Heret animus in domesticis. sed aliena quoque benefacta referre romane
urbis candor hortatur. Damon et Phitias pithagorice
prudentie sacris initiati tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt.
ut cum alterum ex his dyonisius siracusanus interficere vellet. atque is
tempus ab eo quo prius quam periret, domum profectus res suas ordinaret
impetrasset. alter vadem se pro reditu eius tiranno dare non dubitavit.
solutus erat periculo mortis. qui modo gladio cervices subiectas ha
buerat. eidem caput suum subiecerat, cui securo vivere licebat.

Igitur omnes et in primis Dyonisius nove atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde finita die nec illo redeunte unusquisque stultitie tam temerarium sponsorem dampnabat. At is nichil se de amici constantia metuere predicabat. Eodem autem momento et hora a Dyonisio constituta eam qui acceperat supervenit. Admiratus amborum animum tirannus supplicium fidei remisit. Insuper quoque eos rogavit ut se in societatem amicitie tertium sodalitii gradum intima daturum benivolentia reciperent. Heccine vires amicitie mortis contemptum ignorare vite dulcedinem extinguere crudelitatem mansuefacere odium in amorem convertere penam beneficio pensare potuerunt. Quibus pene tantum venerationis quantum deorum inmortalium cerimoniis debetur. Illis enim publica salus, his privata continetur. Atque ut illarum edes sacra domicilia, harum fida hominum pectora quasi quodam sancto spiritu referta templa sunt. Quod ita esse rex Alexander sensit.

Darii castris in quibus omnes necessarii eius erant potitus Ephestione gratissimo sibi latus suum tegente ad eos colloquendos venit. Cuius adventu mater Darii recreata humi prostratum caput erexit. Ephestionemque quia et statura et forma prestabat more Persarum adulata tamquam Alexandrum salutavit. Admonita deinde erroris per summam trepidationem excusationis verba querebat. Cui Alexander nichil est inquit quod hoc nomine confundaris. Nam et hic Alexander est. Utri prius gratulemur, qui hoc dicere voluit an cui audire contigit? Maximi enim rex animi etiam totius terrarum orbem aut victoriis aut spe complexus tam paucis verbis se cum comite suo partitus est. O donum inclite vocis danti pariter atque accipienti speciosum, quod privatim quoque merito veneror clarissimi viri promptissimam erga me benivolentiam expertus. Nec metuo ne parum conveniat in personam meam instar esse

alexandri cu ille Ephestio suus alter fuerit alexander. Ego uo gra
uissimo crimini siue olim ex costantis et benigne (amicitie) ex sine ulla ei metio
ne transgressus. Cui in aio uelut in parentum amantissimorum pectore
letior uite mee status inuenit. tristior acquieuit. a quo omnium
comodorum incrementa ultro oblata cepi. per quem tutior aduersus casus
steti. qui studia nostra ductu et auspitiis suis lucidiora et alacriora red
didit. itaque parum inuidiam quorundam optimi amici iactura. Vos quos
fructu torseram non quidem meo merito. Gratiam meam quantumcumque fuit
partitus. Verum nulla tam modesta felicitas est que malignitatis dentes ui
tare possit. et quo secessu quosdam fugeris aut quibus infulsis misericordie
pmulsis ne alienis malis pinde ac bonis suis letentur et gestiat. diui
tes sunt alienis iacturis. Locupletes calamitatibus. inmortales funeribus.
Sed illi quatenus alienis incomodis suorum adhuc expertes insultent. optima
uindex insolentie uarietas humane conditionis uiderit;

de liberalitate. c. 8.

Nostrum opus pro egressu ad propriam rerum puentum in sui ordi
nes reuocetur. liberalitatisque comemoratione uacemus. Cuius duo
sunt maxime probabiles fontes. uerum iudicium et honesta beniuo
lentia. Nam cum ab his oritur tum demum ei ro constat. dono autem ipsi
gratia magnitudo quidem sua. sed efficaciore aliquanto oportunitas ualiat.
Accedit enim pretio rei inextimabile monimentum occasionisque fabius
maximus tot iam secula parua pecunie summam erogata ad hoc usque
tempus laudabilem fecit. captiuos ab hanibale interposita pactione
nummorum recepat. qui cum a senatu non prestarentur misso in urbem
filio fundum quem unicum possidebat uendidit. eiusque pretium

hanibali pretium numeravit. Si ad calculos revocetur parvum, utpote
vii iugeribus et hoc in pupinia additis redactum, si animo prerogatis omni
pecunia maius. Se enim patrimonii quam patrie fidei inopem esse maluit.

Eo quidem maiore cum commendatione quam proprii studii certius iudicium est
supra vires niti quam viribus ex facili uti. alter enim quod plus potest pre-
stat. alter enim plus quam potest. Itaque eiusdem temporis femina Busa nomine
regionis autem Apulie ditissima quidem merito liberalitatis testi-
monium recepit. sed excellentes opes suas Fabianus rei familia-
ris angustus non comparavit. Nam et si circha decem milium virorum Ca-
nensis prelii reliquias benignissime intra Canusina menia ali-
mentis sustentavit, salvo tamen statu fortunarum suarum muni-
ficam se populo romano prestitit. Fabius in honore patrie paupertate inopiam mutavit.

IN. Q. quoque Considie saluberrimi exempli nec sine parvo ipsius
fructu liberalitas annotata est. Qui Cateline furore ita conster-
nata re p. ut ne a locupletibus quidem debite pecunie propter tumul-
tum pretiis possessionum diminutis solvi creditoribus posset, cum
centies atque quinquagies sestertium summam in fenore haberet, neque de
sorte quemquam debitorum suorum neque de usura appellari a suis passus
est. quantumque in ipso fuit amaritudinem publice confusionis cum priva-
ta tranquillitate mitigavit. oportune mirifice que testatus se nummorum
suorum non civilis sanguinis esse feneratorem. Nam qui nunc precipue
negotiatione delectantur et cum pecuniam domum cruentam retulerunt
quam improbando gaudio exultent cognoscent si diligenter senatus consultum
quo Considio gratie acte sunt legere non fastidierunt.

Overi meum iam dudum populus romanus videtur, quod cum singulorum muni-

ficetiam colecter de sua taceam. ad summam enim eius laudem pertinet quic
quid urbibus et gentibus prestiterit recognosci. quo omne preclari facti decus
crebra memoria in se ipso renitescit.

Asiam bello captam attalo regi muneris loco possidendam tradidit. eo
excelsius et speciosius urbi nostre futurum imperium credens si ditissimam
atque amenissimam partem terrarum orbis in beneficio quam in fructu suo
reponere maluisset. ipsa victoria felicior. quia multum occupasse in
vidiam habere potuit. tantum tribuisse gloria carere non potuit.

Illi vero romane libertatis celestem spiritum nulle littere satis dignis
laudibus persequerentur. philippo enim macedonie rege superato cum ad
isthmicum spectaculum tota grecia convenisset. Titus Quintius flamminius
tube signo silentio facto per preconem hec verba recitari iussit. S. P.
Q. R. et Titus Quintius flamminius imperator omnes grecie urbes que sub
ditione regis philippi fuerunt liberas atque immunes esse iubent.
quibus auditis maximo et inopinato gaudio homines perculsi primo ve
luti non audivisse se que audierunt credentes obticuerunt. iterata
deinde pronuntiatione preconis tanta celum alacritate compleverunt
ut certe constet aves que supervolabant attonitas paventesque deci
disse. Magni animi fuisse a tot captivorum capitibus servitutem demovisse.
et quod nunc nobilissimis et opulentissimis urbibus populus Romanus libertatem
largitus est. ad tuam maiestatem pertinet non solum que ipse benigne
tribuit sed etiam que alio tribuente sensit commemorari. ut enim
illic commemorate ita hic reddite laudis commendatio est.

Hiero syracusanorum rex audita clade qua Romani apud trans
menum lacum erant afflicti tricentena milia modiorum tritici

⁊ cc ordei auriq; xl pondo urbi nr̃e muneri misit / neq; ignarus uerecundie maiorum nr̃orum ne nõ uellet accipe i habitu id uictorie formauit. ut eos religione motos munificentia uti sua cogeret. uoluntate mictendi prius iterum prudentia cauendi ne remicteret liberalis.

Subnectam hinc Agrigentinum Gillam. quem propemodum ipsius liberalitatis precordia constat habuisse. erat opibus excellens. s; multo ⁊ animo quam diuitiis locupletior. semp q; i eroganda potius quam i accipienda pecunia occupabatur. adeo ut domus eius quedam munificentie officina crederetur. Illic enim publicis usibus acta monumenta extruebantur. illic grata populi oculis spectacula dabantur. Illic epularum magnifici apparatus. libentiq; animo subsidia annone oriebantur. ⁊ cum uniuersis priuatim alimenta inopia laborantibus / dotes uirginibus paupertate pressis subsidia detrimentorum icursu quassatis erogabatur. hospites quoque tum urbanis penatibus tum ⁊ rusticis tectis benignissime excepti uariis muneribus ornati dimictebantur. Quodam uero tempore quingentos simul Gelensium equites ui tempestatis i possessiones suas compulsos aluit ac uestiuit. Quid multa? nõ mortalem aliquem s; propitie fortune benignum esse diceres sinum. Ergo quod Gillas possidebat / omnium quasi commune patrimonium erat. pro cuius salute ⁊ incrementis tum Agrigentina ciuitas tum ⁊ uicine regiones uotis excubabat. Collocato cum aliquis e contraria parte areas i exoralibus castris obseratas / nõ ne prestatiorem aliquanto existimes illam impensam quam hanc custodiam?

Explicit liber quartus.

Incipit liber quintus

De humanitate et clementia. C. I.

Liberalitati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt. quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna prestatur. Cumque nescias quam maxime probes, eius tamen commendatio precurrere videtur cui nomen ex ipso numine (liberalitas a libero scilicet qui est deus vini) quesitum est.

Ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam. qui cum Carthaginensium legati ad captivos redimendos in urbem venissent, protinus his nulla pecunia accepta reddidit iuvenes, numerum duorum milium et septingentorum xliii explentissimos. Quid quod tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot punicis iniuriis datam veniam, ipsos legatos obstupuisse arbitror. ac secum dixisse o munificentiam gentis romane deorum dignitati equandam. Nam quod beneficium numquam dedissemus accepimus.

Illud quoque non parvum humanitatis senatus indicium. Syphacem enim quondam opulentissimum numidie regem captum in custodia Tiburi mortuum publico funere censuit efferendum, ut vite dono honorem sepulture adiceret.

Consimili quoque clementia in persa usus est. nam cum albe in qua custodia causa relegatus erat decessisset, questorem misit qui eum publico funere efferret, ne regias reliquias iacere inhonoratas pateretur. hostibus hec et miseris et fato functis officia regibus erogata. illa (sequentia) amicis et felicibus et vivis tributa sunt.

Confecto macedonico bello Musicanes Massinisse filius cum equitibus quos in presidium romanorum adduxerat ab imperatore paulo ad patrem remissus, tempestate classe dispersa brundisium eger delatus est. quod ubi senatus cognovit, continuo illo questorem ire iussit, cuius cura et hospitium adolescenti expediretur, et omnia que ad valitudinem opus

ēēt pberent. impense q3 liberaliter tū ipi tū toti comitatui pstarent.
naues etiā ut pspiceretur. quib' ipse bn ac tute cū suis ī africam
traicerent. equitib' singulis libras argenti ⁊ quingētos sextertios
dare imparauit. que tā pmida ⁊ tā exquisita patrū. Con[tor] humanitas
efficere potuit ut etiā si expirasset adolescens equiore aīo desi
deriū ei' pr tolleraret.

Idē senat' eū ad gratulandū sibi prusiā bithinie regē ad se ue
nire audiss&. obuiā illi p. Corneliū scipionē questorē capuā misit.
censuit q3 ut ei domū rome q͂ optima conduceret. ⁊ copie nō solū ipi
s3 etiā publice comitib' ei' pberetur. In eo q3 excipiendo tota urbs
uni' humani amici uultū habuit. Ita q3 qui amantissim' nr̄i uenerat
duplicata ī nos beniuolentia ī regnū suū reuersus est.

Nec egiptus quidē romane humanitatis exps fuit. rex ei' pto
lome' minore frē regno spoliat' petendi auxilii gr͂a cū paucis
admodū seruis squalore obsit' romā uenerat. ac se ī hospitium
alexandrini pictoris contulerat. Id postq͂ senatui relatū ē. acer
sito iuuene qua potuit accurata excusatione usus ē. q3 nec
questorē illi more maioꝝ obuiā misiss&. nec pu[b] eū officio ex
cepiss&. Eaq3 nō sua negligētia s3 ipi' subito ⁊ clandestino aduētu
dixit facta. Et illū e curia ptin' ad publicos penates duxit.
hortat' q3 ē ut depositis sordib' adeundi diē ipsi peteret. quin ē
cure habuit [at uti] ut munera p questorē quo[ti]die daret. his gradib'
officioꝝ iacentē ad regnū fastigiū erexit. effecit q3 ut plus
spei in auxilio ppli r. q͂ metus ī sua fortuna reponeret.

Atq3 ut ab uniuersis patrib' Co[tis]. ad singulos ueniā. L. Corneli'

consul primo punico bello cum olbiam oppidum cepisset pro quo fortissime dimicans hanno dux carthaginiensium ciderat. corpus eius e tabernaculo suo amplo funere extulit. nec dubitavit hostis exequias ipse celebrare. eam demum victoriam et apud deos et homines minimum invidie habituram credens que plurimum humanitatis habuisset.

Quid de Crispino (Quintio) loquar? cuius mansuetudinem potentissimi affectus ira atque gloria quatere non potuerunt. Badium Campanum et hospitio benignissime domi sue exceperat. et adversa valitudine correptum attentissima cura recreaverat. a quo post illam nepharia Campanorum defectionem in acie ad pugnandum provocatus, cum et viribus corporis et animi virtute aliquanto esset superior monere ingratum quam vincere maluit. Nam quid agis inquit demens? aut quo te prava cupiditas transversum rapit? parum habes publica impietate furere. nisi etiam privata lapsus fueris. Unus videlicet tibi romanorum Quintius placet. in quo scelesta exerceas arma. cuius penatibus et honoris mansuetudinem et salutem tuam debes. At me foedus amicitie dique immortales sacra nostro sanguini vestris ante pectoribus nostra pignora hostili certamine congredi tecum vetant. quin etiam si in cursu exercituum fortuitu umbonis mei impulsu prostratum agnovissem, applicatum iam cervicibus tuis mucronem revocassem. tuum autem crimen sit hospitem occidere voluisse. meum non erit hospes occisus. dedit utrique celeste numen debitum exitum. siquidem in eo prelio Badius obtruncatus est. Quintius insigni pugna clarus evasit.

Age M. Marcelli clementia quam clarum quamque memorabile exemplum haberi debet. qui captis a se Siracusis in arce eorum constitit. ut urbis modo opulentissime tunc afflicte fortunam ex alto cerneret. Ceterum

castris eius lugubrem intuens fletum cohibere non potuit, quem si quis ignarus
uir aspexisset, alterius uictoriam esse credidisset. Itaque Siracusana ciuitas
maxima clade sua aliquid admixtum gratulationis habuisti, quia si tibi in
columem stare fas non erat, leniter sub tam mansueto uictore cecidisti.

Quintus uero metellus celtibericum in yspania gerens bellum cum urbem
Centobricam obsideret et iam admota machina partem muri que sola
conuelli poterat disiecturus uideretur, humanitatem propinque uictorie
pretulit. Nam cum Tegogenis filios qui ad eum transierat Centobricenses
machine ictibus obiecissent ne pueri in conspectu patris crudeli genere
mortis consumerentur, quamquam ipse Tegogenes negabat esse impedimento quo
minus per exitum sanguinis sui expugnationem pageret ab obsidione
discessit. quo quidem tam clementi facto et si non unius ciuitatis menia
omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit effecitque ut adredigen
das eas in dictionem populi romani non multis sibi obsidionibus opus esset.

Africani quoque posterioris humanitas speciose lateque patuit. expugna
ta enim Cartagine circha Silicie ciuitatis litteras misit, ut ornamenta
templorum suorum a penis rapta per legatos reciperaret, inque pristinis
sedibus reponenda curaret. beneficium diis atque hominibus acceptum.

Huic facto par eiusdem uiri par humanitas a questore suo
haste subiectos captiuos uendente, puer eximie forme et liberalis
habitus missus est. de quo cum explorasset Numidam esse orbum relictum
a patre educatum apud auunculum Maximissam, eo ignorante in
maturam aduersus romanos ingressum militiam, et errori illius ueniam
dandam et amicitie regis fidelissimi populo romano debitam uenerationem
tribuendam existimauit. Itaque puer anulo fibulaque aurea

i pallio
et tunica latidauia, hyspano q; sagulo 7 ornato equo donato
datisq; eum prosequerentur equitibus ad Massinissam misit. eos uic-
toris maximos fructus ratus si diis ornamenta templorum si regibus
sanguinem suum restitueret.

Lucii etiam pauli in tali genere laudis memoria est comprehendenda
est. qui cum persem parui temporis momento tunc captum ex rege
ad se adduci audisset. accurrit ei romani imperii decoratus orna-
mentis conatum q; ad genua procumbere dextera manu alle-
uauit. 7 greco sermone ad spem exhortatus est. introductum etiam
in tabernaculum lateri suo proximum in consilio sedere iussit.
nec honore mense indignum iudicauit. proponatur in conspi-
cuo acies qua prostratus est perses. 7 harum rerum quas retuli con-
textus. ut magis spectaculo delectentur homines dubitabunt. Nam si
egregium est hostes abicere non tamen minus laudabile infelicia scire misereri.

Hec L. pauli humanitas admonet me ne de Gn. pompei
clementia taceam. Regem armenie Tygranem qui per se et
magna cum populo R. bella gesserat 7 infestissimum urbi
nostre Mitridatem ponto pulsum uiribus suis protexerat. in
conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est. sed be-
nignis uerbis recreatum diadema quod abiecerat capiti
reponere iussit. ceteris q; rebus imperatis in pristinum fortune habi-
tum restituit. eque pulcrum esse iudicans et uincere
reges 7 facere. Quam praeclarum tribute humanitatis specimen
Gn. pompeius, quam miserabile desiderate idem enasit exemplum. Nam qui Tygra-
nis tempora insigni regio texerat. eius caput tribus coronis triu-

phantibus spoliatus in summo terrarum orbe nusquam sepulture locum
habuit. Sed abscisum a corpore inops rogi nepharium Egyptie perfi-
die munus portatum est, et ipsi victori miserabile. Ut enim id Cesar
aspexit oblitus hostis, soceri vultum induit. at pompeio tum proprias tum
filie sue lacrimas reddidit. Caput autem plurimis et speciosissimis
odoribus cremandum curavit. quod si non tam mansuetus animus divini
principis extitisset, paulo ante romani imperii columen habitum (sic
mortalium negotia fortuna versat) inhumatum iacuisset.

Catonis quoque morte Cesar audita, et se illius glorie invidere, et
illum sue invidisse dixit. patrimonium quoque eius liberis ipsius incolume servavit.
et hercule divinorum Cesaris operum non parva pars Catonis salus fuisset.

Marci autem antonii animus humanitatis talis intellectu non caru-
it. M. enim bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidit quoque ho-
noratius cremaretur iniici ei suum palludamentum iussit. Iacentem hostem
deposito extimans odio. cumque interceptum a liberto palludamentum
comperisset, ita puniri in eum protinus animadvertit hac ante prefatione
usus: quid tu ignorasti cuius tibi viri sepulturam commisissem? Fortem
piam quoque eius victoriam philippicam dii libenter viderunt. sed nec ista
quidem generosissime indignationis verba inviti audiverunt.

Commemoratione romani exempli in macedoniam reductus
mores alexandri preconium facere cogor. Cuius ut infinitam gloriam belli-
ca virtus, ita precipuum amorem clementia meruit. Is dum omnes
gentes infatigabili cursu lustrat quodam loco nivali tempestate
oppressum senio iam confectum macedonum militem nimio frigore
obstupefactum ipse sublimi et propinqua igni regni sede sedens animadvertit.

82

facta q̄ nō fortune s; etatis uiribusq; extimatione defendit. ⁊ illis ma
nib' quib' opes darii affluxerat. corpus frigore duplicatum ī suā sedē
iposuit. id ei salutare futurū dicens q̄ apud psas capitale extitisset
soliū regium occupasse. Quid ergo mirū est si sub eo duce tot an
nis militare iocundū ducebat. cui gregarii militis īcolumitas
pro fastigio carior erat. Idem nō hominū ulli s; nature fortuneq; cedēs
q̄uis q̄ uiolentia morbi dilabebat' ī cubitū tn̄ erect' dexterā omīb' qui
iā contingere uellent porrexit. quis autē illam osculari nō curreret. q̄ iā
fato oppssa max'e exercit' complexui humanitate q̄ spū uiuidiore sufficeat.

Non tā robusti generis humanitas. s; ⁊ ipsa tn̄ memoria psequenda
phisistrati atheniensium tiranni narrabit'. qui cum adolescens quidam
amore ei' filie uirginis accensus ī publico obuiā sibi factā oscu
lat' eēt. orāte uxore ut ab eo capitale suppliciū sumeret. respon
dit. si eos qui nos amāt īterficiem'. quid his faciem' quib' odio sum'.
minime digna uox cui adiciat' eā ex tiranni ore de humanitate ma
nasse. ī hunc modum filie iniuriam tulit. suam multo laudabili'.

A Tratippo amico inter cenam sine fine conuicio lacerat' ita ⁊ uocē
⁊ animū ab ira cohibuit. ut putares satellitem tiranno male audire.
abeuntem q̄ uerit' ne ꝑ metum maturi se a conuiuio subtraheret.
inuitatione familiari cepit retinere. Tratipp' consitate temule
tie impetu euect' eo ei sputo respsit. nec tn̄ ī uindictā sui
uoluit accedere. ille nō etiam filios suos uiolate patris maiestati sub
uenire cupientes retinuit. postero q̄ die Trasippo supplicium a se
uoluntaria morte exigere uolenti uenit ad eū dataq; fide ī eodē
gradu amicitie se mansurum ab incepto reuocauit. Si nichil

aliud dignum honore memorie gessisse hic tamen satis habunde se posteritati commendasset.

Que mitis animus regis Pirri. audierat a quibusdam in convivio Tare-
tinorum parum honoratum de se sermonem habitum, accersitos qui ei interfue-
rant percontabantur an ea que ad aures eius pervenerant dixissent.
tum ex his unus, nisi vinum nobis defecisset, ista que tibi relata sunt, pre
his que de te locuturi eramus ludus et iocus fuisset. Tam urbana cra-
pule excusatio tamque simplex veritatis confessio iram regis convertit
in risum. Qua quidem clementia et moderatione assecutus est ut et sobrii
sibi tarentini gratias agerent et ebrii bene deprecarentur.

Ab eadem altitudine humanitatis legatis romanorum ad redimendos
captivos castra sua petentibus quo tuti venirent Liconem Molosum
obviam misit. et quo ornatius exciperentur ipse equitum extra portam occurrit.
secundarum rerum proventu non corruptus ut officium prospectum in hostes deponeret.
qui tam maxime armis cum eo dissidebant. cuius tamen mitis ingenium debitum
fructum ultimo fati sui tempore recepit. Nam cum diris auspiciis argivorum
invasisset urbem, abscissumque eius caput Alcioneus Antigoni regis filius ad
patrem propugnatorem laborans velut aliquid felicissimum victorie
opus attulisset. Antigonus correpto iuvene quod tanti viri subite ruine
inmemor humanorum casuum effuso gaudio insultaret. humo caput
pano alto
sublatum grassirissea qua velatum caput suum more macedonum habe-
bat texit. corporique Pirri reddito honoratissime cremandum curavit. Cum
et filium suum Helenum captivum ad se perductum et cultum et animum regium gerere
iussit. ossaque eius Pirri aurea inclusa urna Epirum in patriam ad Alexandrum
fratrem portanda dedit.

al caudinas
Campani autem exercitum nostrum cum Consule apud Caudina furcas

sub iugum a Samnitibus missum nec inermem tantum sed etiam nudum urbem suam intrantem, pro inde ac uictorem et spolia hostium pre se ferentem uenerabiliter exceperunt. protinus que consuli insignia honoris militibus uestem arma equos commeatum benignissime prestando, et inopiam et deformitatem romane cladis mutauerunt. Quo animo si pro ipso nostro aduersus hanibalem que usi fuissent truculentis securibus materiem seuiendi non prebuissent. facta mentione acerrimi hostis mandite cedis eius operibus quam romano nomini prestitit, manus qui inter meas est loci finam.

Hanibal corpus Emilii pauli apud Cannas trucidati quesitum corporis quantum in ipso fuit inhumatum iacere passus non est. hanibal Tiberium Gracchum lucanorum circumuentus insidiis cum summo honore sepulture mandauit. et ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit.

Hanibal Marcellum in agro bruttio dum conatus penorum cupidius que considerat speculatur interemptum legitimo iure extulit. punico que sagulo et corona donatum laurea rogo imposuit. Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat. toruos que et truces hostium mollit oculos. ac uictorie insolentissimos spiritus flectit. nec illi arduum ac difficile est inter arma contraria inter districtos comminus mucrones placidum iter reperire. uincit iram prosternit odium hostilem que sanguinem hostilibus lacrimis miscet. atque hanibalis etiam admirabiles uoces pro funeribus romanorum ducum arbitria statuentis expressit. quod aliquanto plus ei glorie paulus et graccus et Marcellus sepulti quam oppressi attulerunt. siquidem illos punico astu decepit, romana mansuetudine honorauit. Vos quoque fortes ac pie umbre non penitendas sortiti estis exequias. nam

.l.

ut optabili a patria, ita speciosi pro patria collapse supremi [umbre] officii decus infelicitate amissum uirtute recuperasti.

De gratis. c. 2. de gratis

Gratas animi significationes et ingrata facta libuit oculis subicere, ut uitio ac uirtuti iusta merces existimationis ipsa comparatione accederet. Sed quoniam suo proposito sese distinxerunt, nostro quoque stilo separentur, priore quoque locum obtineant qui laudem quam qui reprehensionem meruerunt.

Atque ut a publicis actis ordiar. Marcium patrie interitum conantem oppugnare, admoto quoque portis urbis ingenti Volscorum exercitu funus ac tenebras romano imperio minantem, Veturia mater et Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus suis passe non sunt. In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit namque ut feminis semita uiri cederent. Confessus plus salutis rei publice in stola quam in armis fuisse, uetustisque aurium insignibus nouum uitte discrimen adiecit. Permisit quoque his purpurea ueste uti et segmentis. Insuper edem et aram fortune muliebri eo loco quo Coriolanus exoratus fuerat facere curauit, memorem beneficii animum suum exquisito religionis cultu testando. Que senatus secundi belli punici tempore exhibuit.

Cum enim a Fuluio Capua obsideretur, ac due Campane mulieres beniuolentiam erga romanos dimittere ex animis noluisset, Vestigia Oppidia mater familie et Diuina Faucinia meretrix, quarum altera pro salute cotidie exercitus nostri significauit, altera captis militibus romanorum alimenta subministrare non destitit. Vrbe illa oppressa senatus his libertatem et bona restituit. et siquid amplius premii petissent, libenter se daturum asseuerauit. uacasse in tanto gaudio patribus

conscriptis duabus humillimis feminis et fere gratiam nedum tam
prese tulisse mirandum.

Quid illa quam romana iuventute gratius que Lutio Minutio consu
li ultro nomina sua militari sacramento obtulit, ut tusculanis qui
fines equi occupaverant presidium ferret. que paucis ante mensibus
constantissime et fortissime imperium populi R. defenderat. Ergo quod
auditu novum est, ne patrie grata voluntas cessasse videretur, exer
citus se ipse conscripsit.

Gratum magni populi specimen in Q. Fabio enituit. Nam cum quinquies
consulatibus salubriter rei p. administratis decessisset, certatim es
contulit, quo maior et speciosior funeris eius pompa duceretur. Elevet
aliquis ad premia virtutis, cum animadvertat fortes viros felicius sepeliri quam
vivere ignavos.

Fabio autem etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est. dictatori
eum magister equitum Minutius scito plebis quod numquam ante factum
fuerat equatus, partito exercitu, separatim in Samnio cum Hanibale
conflixerat. ubi temere inito certamine pestiferum habiturus
exitum, subsidio Fabii conservatus liberatus, et ipse eum patrem appellavit. et
a legionibus suis patronum salutari voluit. ac deposito equalis
imperii iugo, magisterium equitum sicut par erat dictature sub
iecit, imprudentisque vulgi errorem grate mentis significatione correxit.

Tam hercule probabiliter Q. Terentius Culleo pretoria familia
natus, et inter paucos senatorii ordinis splendidus optimo exemplo
Africani superioris currum triumphantis, qui captus a Cartaginensibus
ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens secutus est. auctori

eum libertatis sue tamquam patrono accepti beneficii confessione spectante populo R. meritum dedit.

At Flaminei de Philippo rege triumphantis currum non unus sed duo milia civium R. pileata comitata sunt, que is punicis bellis intercepta in Grecia servientia cura sua collecta in pristinum gradum restituerat. geminatum eo decus imperatori, a quo simul et devicti hostes et conservati cives spectaculum patrie prebuerunt. Illorum quoque salus dupliciter omnibus accepta fuit, et quia tam multi et quia tam grati exoptatum libertatis statum recuperaverunt.

Metellus vero Pius pertinaci erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis quam aliis victoriis cognomen assecutus non dubitavit consul pro Q. Calidio pretore candidato supplicare populo, qui tribunus plebis R. legem qua pater eius in civitatem restitueretur tulerat. quin et patronum eum domus et familie sue semper dictitavit. nec hac re de principatu quem procul dubio obtinebat quicquam decessit, quia non humili sed grato animo non longe inferioris hominis maximo merito eximia summittebat dignitatem.

Iam C. quidem Marii non solum precipuus sed etiam potens grate mentis fuit impetus. duas enim Camertium cohortes mira virtute vim Cymbrorum sustinentes in ipsa acie adversus condicionem federis civitate donavit. quod quidem factum et vere et egregie excusavit dicendo inter armorum strepitum verba se iuris civilis exaudire non potuisse. et sane id tempus tunc erat quo magis defendere quam audire leges oportebat.

Gai Marii vestigia ubique L. Silla certamine laudis subsequtus dictator enim privato Pompeio et caput aperuit et sella assurrexit,

et equo descendit. ea quoque libenter se facere in contione praedicavit. memor ab eo duodeviginti annis nato partes suas exercitu paterno adiutas. multa insignia comperio. sed nescio an quicquam admirabilius contigerit quam quod magnitudine beneficii sui non oblivisci Sullam coegit.

Sed aliquis in summo splendore et sordibus gratis locus. M. Cornuto (artes sepeliendi) praetore funeris Hirtii et Pansae iussu senatus locante qui tunc libitinam exercebat, cum rerum suarum usum tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt quia hi pro re publica dimicantes occiderant. perseveranti quoque postulatione exciderunt ut exequiarum apparatus sestertio nummo illis praestantibus adiceretur. quorum laudem adiecta lege conditio auget magis quam extenuavit quoniam quidem quaestum contempserunt, nulli alii rei quam quaestui viventes.

Parce civium suorum reges gentium externarum sinu huic tam contemptu grege praeferre se patientur. qui aut non attingendi aut in ultima parte domesticorum exemplorum collocandi fuit. sed dum honesti actus ab infimis editi sunt memoria non intercidat licet separatim locum obtineat ut nec his adiecti nec illis praelati videantur.

Darius adhuc privatae fortunae amiculo (pallio vestimento) Silosontis (scilicet) Samii (insule) delectatus curiosa contemplatione fecit ut ultro sibi equidem a cupido daretur. cuius muneris quam grata existimatio apud eum esset allapsa regno potitus ostendit. totam namque urbem et insulam Samiorum Sylasonti fruendam tradidit. non enim pretium rei extimandum sed occasio liberalitatis honorata magis quam a quo id donum proficisceret quam ad quem perveniret perpensum.

Mitridates quoque rex magnifice gratus apparuit. quoniam per Leonicum acerrimo salutis suae defensore a Rodiis navali pugna excepto omnes hostium captivos permutavit. sanctius esse existimans ab ini-

inuassimus inuenitur qui bene merito gratiam non referre.

Liberalis populus Romanus magnitudine muneris quod Attalo regi Asiam dono dedit. Sed Attalus quoque testamenti equitate gratus qui eandem Asiam populo Romano legauit. Itaque nec huius munificentia nec illius tam memor beneficii animus tot uerbis laudari potest quot amplissime ciuitates sine amaritate date ut pie reddite sunt.

Ceterum nescio an precipue Masinisse regis pectus gratum animum pignoribus fuerit refertum. Beneficiis enim Scipionis propagati regni pluralium modo liberis auctus memoriam incliti muneris ad ultimum uite finem longa etiam adusque immortalibus senectute donatus constantissime fide perduxit. Adeo ut eum non solum Africa sed etiam cuncte gentes scirent amiciorem Cornelie familie atque urbi romane quam sibimet ipsi superesset. Ille cum graui Cartaginensium bello premeretur ac uix tutele imperii sui sufficeret, tamen Scipioni Emiliano quia nepos Africani erat bona magna que pater eius Numidia excitauit quam Lucullo consuli a quo ad auxilia petenda missus fuerat in Yspaniam duceret promptissima mente tradidit. Potentiusque periculo respectum pristini beneficii anteposuit. Ille cum etate deficiente magnas regni opes quatuor et quinquaginta filios nunc relinquens in lectulo iaceret. M. Mallium qui proconsule Africam obtinebat litteris obsecrauit ut ad se Scipionem Emilianum sub eo tunc militantem mitteret feliciorem mortem suam futuram intelligens si in complexu eius supremum spiritum ac mandata posuisset. Ille aduentum Scipionis fatis suis preuenientibus hec uxori liberisque precepit. Unum in terris populum Romanum et unam in populo Romano Scipionis domum nosse. Integra omnia Emiliano reseruare. Eum quidem diuidendi regnum arbitrum haberet. quod is

statuisset, proinde testamento cautum immutabile ac sanctum obtineret.
totum quod variis rebus se Massinissa infatigabilis pietatis serie ad cetesi
mum extendit annum. His et horum similibus exemplis beneficiorum gratiis hu
mani nutriuntur atque augentur. hec sunt eorum faces hi stimuli propter quos iu
vandi etiam merendi cupiditate flagrant et sane et amplissime et
speciosissime divitie sunt feliciter erogatis beneficiis late posse censeri.
quorum quoniam religiosum cultum instituimus nunc neglectum sugillandi
gratia quo sit gratior referemus.

De ingratis. c. 3.

Urbis nostre parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu
ab eo collocatus in curia laceravit. nec putavit ut nephas ei vitam
adimere qui eternum romano imperio spiritum ingeneraverat. rude
nimirum illud ferox seculum quod conditoris sui cruore fede maculatum
ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.

Hunc ingratum lapse mentis errorem tosentanea civitatis nostre
penitentia sequitur. virium romanorum et incrementum letissimum et
tutela certissima Furius Camillus in urbe incolumitate suam tueri
non valuit. urbis cuius ipse salutem stabiliverat felicitatem auxerat.
a L. enim Apulegio tribuno plebis tamquam peculator uehiante
prede reus factus duris atque ut ita dicam ferreis sententiis in exilium
missus est. Equidem eo tempore quo optimo iuvene filio spoliatus solatiis
magis allevandus quam cladibus onerandus erat. Sed immemor patria
tanti viri maximorum meritorum exequiis filii dampnationem patris
iunxit. At inquit erario abesse tribunus querebatur XV milia eris. tanti
namque viri pena finita est. indignam summam propter quam populus Romanus tali ca
reret.

Priore adhuc querela vibrante alia deinceps exurgit. Africanus superior non solum contusam et confractam belli punici armis rem publicam pene iam exanguem atque morientem Carthaginis dominam reddidit. Cuius clarissima opera iniuriis pensando civitatis ignobilis eum ac deserte paludis accolam fecerunt. Eius quoque voluntarii exilii arbitratu non tacitus ad inferos tulit. sepulcro suo inscribi volendo. Ingrata patria nec ossa quidem mea habes. Quid ista aut necessitate indignius aut querela iustius aut ultione moderatius? Cineres eum suos negavit rome quam in cinerem collabi passus non fuerat.

Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Romana sensit maiorem me hercule Coriolani molestia. ille enim metu priam pulsavit. hic verecundia. de qua re ne queri quidem tanta vere pietatis constantia nisi post fata substinuit.

Alia passio credo que fratri eius accidere solatio esse potuerunt. Cum rex Anthiochus devictus alia imperio Romani populi adiecta speciosissimumque triumphus ut peculatus reus fieret et in carcerem duci iuberetur causam

Nichilo virtute posterior Africanus aut minor sed nec prebuit exitu quidem felicior. duabus enim urbibus Numantia atque Cartagine imperio romano imminentibus ex rerum natura depulsis raptorem spiritus domi invenit mortis punitorem in foro non repperit.

Quis ignorat tantum laudis Scipionem nasicam toga quantum armis utrumque Africanum meruisse? qui pestifera Tiberii manu faucibus oppressam rem publicam strangulari passus non est. sed hic quoque propter iniquissimam virtutum suarum apud cives extimationem sub titulo legationis pergamum secessit et quod vite superfuit ibi sine ullo ingrate patrie desiderio peregit.

In eode noie uersor. nec du Cornelie gentis querelas exanxi.
                                                        h
                                        at rei p. qui tu
Nanq. p. lentulus clarissim. et amatissim. R. ppli ciuis cu i adue-
tinu C. Gracchi nepharios conat. et acie pia et forti pugna ma-
gnis uulnerib. exceptis fugasset. plii illi. quo leges pace liber-
tate i suo statu retinuerant, hanc mercede tulit. ne i urbe
nra moraret. siquide inuidia et obtrectatione pulsus legatione
a senatu libera impetrata, abiecta q. contione qua a diis imortalib.
petiit ne unq. ad ingratu populu reuerteret, i Sycilia profectus
e. ubiq. pseueranter morando compote se uoti fecit.

Duo itaq. deinde Corneli, totide sut notissima ingrate patrie
ex. atq. hor. quide Serellus uolutarii. Hala uo cu magistru equitu
Spuriu meliu regnu affectate occidisset, custodie libertatisq. ci-
uiu exilio suo penas pependit.

Ceter. ut senat. ppli q. mens i modu subite tepestatis concitata
leni querela psequenda e. Ita singulor. igrata facta liberiore
indagatioe pscribenda sut. q. potentes consilii cu utraq. ratioe pro-
dere liceret scelus pietati pretulerunt.

Quo de ei nimbo qua procella uelor. ipiu sextilii caput obrui
mereret. q. C. Cesare quo tu studiose tu feliciter grauissimi
criminis reus defensus fuerat. Cinnane pscriptionis tpe pfugu
psidiu suu i fundo tarquiniensi cladis conditione implorare, beneficii
iura repetere coactu a sacris pfidie mense et altarib. nephandor.
penatiu auulsu truculento uictori iugulandu trade no erubuit.
Finge accusatore ei fortuna pu. i suppliciis nome conuersu ta luc-
tuosas illas opes genib. amissu orasse crudeliter tu repulsus

videret quam et quos iniuste invisos faciunt gratiosos miserie reddunt. Rex Sextilius non accusatorem sed patronum seuissime immitti molestie sui manibus obiecit. si metu mortis vita dignus, pro eius hac dignissimus morte.

Sed ut ad aliud consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Popilium lenatum picene regionis rogatu M. Celii non minore cura quam eloquentia defendit, eumque causa admodum dubia fluctuantem salvum ad penates suos remisit. hic Popilius postea nec re nec verbo a Cicerone lesus ultro M. Antonium rogavit ut ad illum proscriptum persequendum et iugulandum mitteretur. Impetratis que detestabilibus ministerii partibus gaudio exultans Gaietam cucurrit, et virum omitto quam amplissime dignitatis certe salubritati studio prestantis officii privatim sibi verecundiam iugulum prebere iussit, ac protinus caput romane eloquentie et pacis clarissimam dextram per summum et securum otium amputavit, eaque sarcina tamquam opimis spoliis alacer in urbem reversus est. Neque enim scelestum portanti onus succurrit illud se caput ferre quod pro capite eius quondam peroraverat. Invalide ad hoc monstrum sigillandum littere, quia qui talem Ciceronis casum satis digne plorare possit alius Cicero par non extat.

Quo te nunc magne Pompei actis inquam tuis nescio. Nam et amplitudinem fortune tue que quondam omnes terras occupaverat intueor et omnia maria fulgore suo, et ruinam eius maiorem esse quam ut manu mea attentari debeat memini. sed tamen nobis quoque tacentibus Gn. Carbonis a quo admodum adolescens de paternis bonis in foro dimicans protectus es iussu tuo interempti mors animos hominum non sine aliqua reprehensione obversabitur. quia tam ingrato facto plus L. Sille viribus quam proprie indulsisti verecundie.

Ne nostra confessis alienigene urbes insultent, Cartaginenses

hannibalem qui pro illorum incolumitate et uictoria tot imperatores totque exercitus nostros trucidauerat quot gregarios milites hostium occidisse magne glorie foret de conspectu suo submouendum in animum induxerunt.

Neminem ligurgo aut maiorem aut utiliorem uirum lacedemon genuit. utpote cum apollo phitius oraculum petenti respondisse feratur. nescire se utrum illum hominum an deorum numero aggregaret. huic tamen neque uite summe sinceritatis neque constantissimus erga patriam amor neque leges salubriter excogitate auxilio esse potuerunt quominus infestos ciues experiretur. sepe enim lapidibus petitus. aliquando furore eiectus. publico etiam furore et priuato ad ultimum ipsa patria pulsus est. Quid alie faciant urbes. ubi et illa que constantie et moderationis et grauitatis eximiam sibi laudem uendicat. tam ingrata aduersus tam bene meritum extitit.

Detrahe atheniensibus thesea. aut nulle aut non tam clare athene erunt. siquidem ille loratim dispersos ciues suos in sua una urbe contraxit separatimque et agresti more uiuenti populo amplissime ciuitatis formam atque ymaginem imposuit. Idem seua potentissimi regis minois imperia uix dum etate pubescente repulit. idem effrenatam thebarum insolentiam domuit. idem opem liberis herculis tulit. et quicquid ubique monstri aut sceleris fuit uirtute animi ac robore dextre comminuit. huius tamen submoti ab atheniensibus tyros exule minor insula ossa mortui recepit.

Iam Salon qui tam preclaras tamque utiles atheniensibus leges tulit. ut si his perpetuo uti uoluissent sempiternum habituri fuerint imperium. qui salaminam uelut hostilem arcem ex propinquo saluti eorum imminentem recuperauit. qui phisistrati tirannidem primus uidit orientem.

solus annis opprimi deterere palam dictare usus est. senectutem Cypri profugus exegit. Nec ei in patria de qua optime meruerat humari contigit.

Bene gessissent Athenienses cum Miltiade, si eum post .ccc. milia persarum Marathone devicta in exilium protinus misissent. ac non in carcere et vinculis mori coegissent. ut puto Athenienses hactenus saevire adversus optime meritum habunde duxerunt. immo nec corpus quidem eius sic expirare coacti sepulture prius mandari passi non sunt. quam Cimo filius eiusdem eisdem se vinculis constringendum traderet. hanc hereditatem paternam maximi ducis filius et futurus ipse etatis sue dux maximus solam se cepisse catenas et carceres gloriari potuit.

Aristides etiam quo totius grecie iustitia censetur continentie exemplum patria iussus excedere est. Felices athenas que post illius exilium invenire aliquem aut virum bonum aut amantem sui civem potuerunt. cum quo tunc ipsa sanctitas migravit.

Themistocles eorum qui ingratam patriam experti sunt celeberrimum exemplum cum illam incolumem claram opulentam principemque grecie reddidisset eousque sensit inimicam ut Xersis quem paulo ante destruxerat non debitam sibi misericordiam profugere necesse haberet.

Photion vero his dotibus que ad pariendum homines potentissime iudicantur clementia et liberalitate instructissimus non tamen in eculeo ab atheniensibus positus est, sed et post obitum nullam attice regionis que ossibus eius iniceretur glebulam invenit. iussus est extra fines patrie iter quod optimus civis vixerat.

Quid aliud est quam publica dementia sit existimanda summo consensu maximas virtutes quasi gravissima delicta punire. beneficia quasi iniurias rependere. quod cum ubique tum precipue athenis intollera

bile uideri debet. in qua urbe aduersus ingratos actio constituta est.
et recte quia dandi et recipiendi beneficium commertium sine quo uix
uita hominum extat, perdit tollit quisquis bene merito parem referre gratiam
negligit. quantum ergo reprehentionem meretur qui cum equissima
iura, sed iniquissima ingenia haberent moribus suis quam legibus uti ma-
luerunt? Ac si qua prudentia deorum efficere posset ut excellentissimi
uiri quorum modo casus retuli lege ingratorum uindicare retinentes
patriam suam in ius ad aliam ciuitatem pertraherent. Nonne ingeniosum et
garrulum populum mutum atque elinguem hac postulatione reddidissent.
Vsi sordes foci tui patris quam diuidua tiguria grece facta sunt
columen licet Marathon persicis tropheis lucet. Salaminum et arthe-
misiam Xersis naufragia numeratur. preualidis manibus exhausta
menia pulcrioribus operibus consurgunt. harum rerum auctores ubi ui-
xerunt? ubi iacent? responde nempe. Thesea paruulo in scopulo
sepelliri et Miltiadem in carcere mori. et Cimonem paternas in-
ducere catenas. et Themistodem uictorem uicti hostis genua comple-
cti. Solonemque cum Aristide et Phothonem penates suos ingrata fu-
gere coegisti. Cum interim cineribus nostris fede et miserabiliter dispersis
Oedipodis ossa cede patris nuptiis matris contaminata inter ipsum
ariopagum diuini atque humani certaminis uenerabile domicilium
et excelsis Palladis Minerue arcem honore are decoratos sacros sacer-
dotes colis. adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt. lege
itaque legem que iureiurando astrictam tenet. et quia bene meritis de-
bita premia reddere noluisti lesis iusta piacula exolue. tacent mute
illorum umbre fati necessitate constricte. at inmemores beneficiorum

athene reprehensione lingua sermone licentia soluta non tacet. Sed ob-
mittamus ingratos, et potius de piis loquamur. aliquanto enim satius
est fauorabili quam inuise rei uacare. Venite igitur in manus nostras prospe-
ra parentum uota felicibus auspitiis propagate sobolem que effiatis ut
et genuisse iuuet et generare libeat.

de pietate erga parentes. C. 4.

Coriolanus maximi uir animi altissimi consilii optime quidem de re publica
meritus iniquissime dampnationis ruina prostratus ad volscos in-
festos tunc romanis confugit (Magno ubique pretio uirtus extimatur) Itaque
qui latebras quesitum uenerat, ibi breuissimum adeptus imperium.
euenit quoque ut quem pro se salutarem imperatorem ciues habere noluerant.
pene pestiferum aduersus se ducem experirentur. Frequenter enim fusis exer-
citibus nostris uictoriarum suarum gradibus aditum intra menia urbis vol-
sco militi struxit. qua propter fastidiosus ille in extimandis bonis suis
populus qui reo non pepercerat exuli coactus est supplicare. missi ad eum de-
precandum legati nichil profecerunt. missi deinde sacerdotes cum infulis
eque sine effectu redierunt. stupebat senatus. trepidabat populus.
uiri pariter atque mulieres exitium iminens lamentabantur. Tunc vec-
turia Coriolani mater volumniam uxorem eius et liberos secum trahens
castra volscorum petiit. quam ubi filius aspexit expers amnes matris comple-
xum petiit. Illa ex precibus in iram uersa ait, sine ut prius quam amplexum
accipiam sciam an ad hostes an ad filium uenerim. Captiua mater
ne in castris sim tuis. In hoc me longa uita et infelix senecta traxit
ut exulem deinde te hostem uiderem? potuisti populari hanc terram
que te genuit, atque aluit? nisi te peperissem roma non oppugnaretur.

multa insup(er) addidit coplorando. quib' uxoris ac paruulorum fle-
tib' mot' matrem coplex'. Expugnasti inquit & uicisti ira(m) mea(m).
patriam p(re)cib' hui' admonit' cui' utero delapsus sum q(uam)uis merito
m(ihi) inuisam dono. cotinuoq(ue) agrum romanu(m) hostilib' armis libera-
uit. Ergo parat' dolore accepte iniurie spe potiende uictorie
uerecundia detrectandi ministerii metu mortis refertum totu(m) se pietati
uacuefecit. Uni'q(ue) parentis aspect' bellu(m) salutari pace donauit.

Eadem pietas uirib' suis iflamatu(m) africanu(m) superiore(m) uix
dum annos pueritatis ingressum ad ope(m) patri i acie ferenda(m) ui-
rili robore armauit. Consulem enim eum apud Ticinum flume(n) aduer-
sis auspiciis hanibale(m) pugnantem grauiter sauciu(m) iteressu
suo seruauit. neq(ue) illum aut etatis aut militie tyrocinium aut
ifelicis p(re)lii etiam ueterano bellatori ptimescend' exit' iterpel-
lare potuit. quominus duplici gl(or)ia conspicuus corona(m) iperatoris
simul & patria & ipsa morte rapto mereret(ur).

Aurib' ista tam p(re)clara exempla romana ciuitas accepit. Illa ui-
dit oculis. L. Manlio torquato die ad p(o)p(u)l(u)m pomponi' tribun' plebis
dixerat q(uod) actione bu(n)facendi(?) belli iduct' legitimu(m) optinendi
ip(er)ii t(em)p(u)s excessit. q(uod)q(ue) filiu(m) optime indolis iuuenem rustico opere
grauatu(m) publicis usib' subtraheret. id q(uam) p(ri)us q(uam) Manli' adolescens
cognouit. ptin' urbe(m) petiit & se i pomponii domu(m) p(ri)ma luce direxit.
qui existimans i hoc eum uenisse ut patris crimina a quo plus iusto
asp(er)e tractabat' deferret, excedere om(n)s iussit cubiculo quo liberi' re-
motis arbitris indiciu(m) pageret. Nact' occasione(m) oportuna(m) p(ro)posito
suo iuuenis gladium que(m) tectum attulerat distrinxit. & tribunu(m)q(ue)

minis ac terrore compulsum iurare coegit a patris eius accusatione recessurum. Eoque effectum est ut ne torquatus causam diceret. Commendabilis est etiam illius pietas que mansuetis parentibus prestatur. Sed Manlius quo horridiorem patrem habuit, hoc periculo eius laudabilius subuenit. qui ad eum diligendum preter naturalem amorem nullo indulgentie blandimento inuitatus fuerat.

Hanc pietatem emulatus M. Cotta eo ipso die quo togam uirilem sumpsit protinus ut e Capitolio descendit. Gn. Carbonem a quo pater eius damnatus fuerat postulauit, peractumque reum iudicio afflixit. et ingenium et adolescentiam preclaro opere auspicatus est.

Apud G. quoque Flaminium auctoritas patria eque potens fuit. Nam cum Tr. plebis legem de gallico agro uiritim diuidendo inuito et repugnante senatu promulgasset precibus minisque eius acerrime resistens ac nec exercitu quidem aduersum se conscripto si in eadem sententia perseueraret absterritus postquam pro rostris ei legem referenti pater manum obiecat priuato fractus imperio descendit e rostris ne minimo quidem murmure destitute contionis reprehensus.

Magna sunt hec uirilis pietatis opera. sed nescio an his omnibus ualentius et animosius claudie uestalis uirginis factum. que cum patrem suum triumphantem e curru uiolenta tribuni manu trahi animaduertisset, mira celeritate utrisque se interponendo amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit. Igitur [alterum patrem in capitolio] alterum filia in edem uestae duxit. nec discerni potuit ut plus laudis tribueretur. Cui uictoria an cui pietas comes aderat. Ignoscite uetustissimi foci ueniamque eterni date ignes si a uestro sacratissimo templo ad necessarium

magis quam speciosum urbis locum conspexit opus nostrum progressus fuerit.
Nulla enim acerbitate fortune nullis sordibus pretium care pietatis evi
lescit. quin etiam eo certius quo miserius experimentum habet.
Sanguinis ingenui mulierem pretor apud tribunal suum capitali
crimine dampnatam triumviro in carcere necandam tradidit quo recep
tam is qui custodie preerat misericordia motus non protinus strangulavit.
aditum quoque ad eam filie sed diligenter excusse nequid sibi inferret dedit.
extimans futurum ut medio consumeretur. Cum autem plures iam dies
intercederet secum ipse querens quidnam esset quo tam diu sustentaretur.
curiosius observata filia animadvertit illam extracto ubere famem matris
lactis sui subsidio lenientem. que tam admirabilis spectaculi novitas
ab ipso ad triumvirum a triumviro ad pretorem, a pretore ad consilium perlata indi
cium remissionem pene mulieri impetravit. Quo non penetrat aut
quid non excogitat pietas que in carcere servande genetricis novam rationem
invenit. quid enim tam inusitatum quid tam inauditum quam matrem uberibus nate alitam?
putaret aliquis hoc contra naturam factum nisi diligere parentes prima nature lex esset.
Idem predicatum de pietate eius existimetur que patrem suum Cimonam
consimili fortuna effectum parique custodia traditum iam ultime senectu
tis velut infantem pectori suo admotum aluit. herent ac stupent hominum
oculi cum huius facti pictam ymaginem vident. Casus quoque antiqui condi
tionem presentis spectaculi admiratione renovant. in illis mutis me
brorum liniamentis viva ac spirantia corpora intueri credentes quod
necesse quoque est animo evenire aliquanto efficaciore pictura litterarum ve
tera pro recentibus admonitos recordari.
Ne te quidem Cimon silentio involvam qui patri tuo sepulturam

uoluntarius uinclis emere non dubitasti. nam et si maximum tibi po-
stea et urbi et duci euadere contigit plus tamen aliquanto laudis in car-
cere quam in curia assecutus esses. Ceterae enim uirtutes admirationis
tantummodo multum pietas non etiam amoris plurimum meretur.

De pietate erga fratres. c. h

Vos quoque fratres memoria complectar. quorum animus origine fuit
nobilior. siquidem admodum humiles in yspania nati pro parentum
alimentis spiritum erogando speciosum exitum uite in clarissimis. xii. enim
milibus nummum que post mortem uestram his daretur a patientis pacti estis.
ut eorum patris interfectorem epastum gentis sue tirannum occideretis. nec
hoc solum insigne facinus estis. sed etiam strenuo forti exitu clarissimi.
insidentes enim manibus patientis ultionem expulsi penam genitoribus nu-
trimenta uobis gloriosa facta peperistis. Itaque tumulis etiam nunc
uiuitis quia parentum senectutem tueri quam uestram saluti expectare esse duxistis.

Notiora sunt fratrum pia Cleobis et bitoni philoni et anaphie.
Illi quod ad sacra iunonis peragenda matrem uexerunt. hi quod patrem
et matrem humeris per medios ignes portarunt. Neutri pro spiritu
parentum expirare propositum fuit. Nec ego argiuam defuncto laude
aut ethnem montis gloriam inuoluerim uerum obscuriori per ignomi-
niam pietatis notitie lumen admoneo.

Sicut scithis liberter pietatis testimonium reddo. dario enim
totis regni sui uiribus in eorum regionibus subitum impetum facienti
paulatim cedentes ad ultimas iam solitudines peruenerant. Inter-
rogati deinde ab eo per legatos quem finem fugiendi aut quod initium
pugnandi facturi essent responderunt se nec urbes ullas nec

agros cultos per quos dimicaret habere. Ceterum cum ad parentum suorum monumenta venissent satum quemadmodum scite pro illis soleret. pio quidem uno tam pio dicto inmanis et barbara gens ab omni feritatis se crimine redemit. Prima igitur et optima rerum natura pietatis est magistra, que nullo vocis ministerio nullo usu litterarum indigens propriis ac tacitis viribus caritatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? ut politiora scilicet non ut meliora fiant ingenia. quippe quidem solida virtus nascitur magis quam fingitur. Cuius palustres vagos et silvarum latebris corpora sua tegentes in modum ferarum lactatu pecudum nutritos sic Dario respondere docuit?

Illa iuvenem quem etiam Cresi filium loquendi usu defectum ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim a Ciro Sardibus cum unus ex numero Persarum ignarus viri in cedem eius concitato impetu ferretur, filius velut oblitus quid sibi fortuna nascente denegasset ne Cresum regem occideret proclamando pene iam impressum iugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat saluti parentis vocalis factus est.

Eadem caritas italico bello Pinnensem iuvenem cui Plutoni erat cognomen tanto animi corporis quam robore armavit, ut cum obsesse urbis sue claustris presideret et romanus imperator patrem eius captivum in conspectu eius constitutum districtis militum gladiis circumdedisset occisurum se minitans nisi irruptioni sue iter prebuisset, solus e manibus eorum senem rapuit dupliciter pietate memorandus quia et patris servator nec patrie fuit proditor.

Hanc caritatem proximus fraterne dilectionis (benivolentie) gradus excipit. nam ut merito primum amoris vinculum ducatur plurima et maxima

De secunda parte pietatis scilicet erga fratres

beneficia accepisse. Ita primum iudicari debet simul accepisse. Quam
copiose etiam suauitatis illa recordatio est. In eodem domicilio antequam
nascerer habitaui. in eisdem cunabulis infantie tempora peregi. eosdem appellaui
parentes. eadem pro me uota excubuerunt. parem ex maiorum imagi
nibus gloriam traxi. cara est uxor. dulces liberi. iocundi amici. accepti
affines. sed postea cognitis nulla beniuolentia accedere debet. que
priorem exhauriat.

Atque hoc teste Scipione Africano loquor. qui quamuis artissima fami
liaritate Lelio iunctus erat. attamen senatum suppliciter orauit. ne prouin
cie sors fratri suo erepta ad eum transferretur. legatumque se L. Sci
pioni promisit. et maior natu minori et fortissimus et belli gloria ex
cellens laudis inopi. et quod super omnia est nondum Asiatico iam Africanus.
Itaque clarissimorum cognominum alterum suppressit. alterum dedit. tri
umphique pretextam huius cepit. illius tradidit ministerio maior
aliquanto quam frater imperio.

Marcus uero Fabius consul inclita pugna et Samnitibus et Vegetibus super
atis delatum sibi summo senatus populique studio triumphum ducere
non sustinuit. quia eo prelio Q. Fabius frater eius consularis fortissime
dimicans occiderat. quantam in eo pectore pietatem fraterne cari
tatis habuisse existimemus. propter quam tantus amplissimi honoris
fulgor extingui potuit.

Hoc exemplo uetustas. illo seculum nostrum ornatum est. cui contigit
fraternum iugum Claudie prius. nunc etiam Iulie gentis intueri decus.
Tantum amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi ha
buit. ut cum Ticini quo uictor hostium ad complectendos parentes

uenerat. graui illum et periculosa ualitudine in germania fluctuare cogno
uisset, protinus idem metu attonitus erumperet. iter quoque quam rapidum et preceps
uelut uno spiritu corripuerit, eo patet quod alpes renumque transgressus
die ac noctu mutato iumento, cc milia passuum per modum deuictam bar
bariam antabagio duce solo comite contentus euasit. Sed eum cum maximo
labore et periculo implicatum mortalium quoque frequentia defectum sanctissi
mum pietatis numen et dii fautores eximiarum uirtutum et fidelissimus
romani imperii custos iuppiter comitatus est. drusus quoque quamquam fato iam suo quam
illius officio propior erat uigore spiritus et corporis uiribus collapsus, eo
ipso tamen quo uita ac mors distinguitur momento, legiones cum insignibus
suis fratri obuiam procedere iussit, ut imperatorem salutaret precepit. etiam
dextera in parte pretorium nomen obtinere uolens. Eodem quoque tempore et fraterne
magestati cessit et uita excessit. et consulare et imperatorium nomen
obtinere uoluit.

His scio equidem nullum aliud quam Castoris et Pollucis specimen
consanguineae caritatis conuenienter adici posse. Sed omnes memoriae
clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratum si militis summa
erga fratrem suum pietate huic parti uoluminis adhesit. Is namque
in castris Gn. Pompei stipendia peragens cum Sertorianum militem a
crius sibi in acie instantem quominus interemisset, iacentemque spoliasset,
ut fratrem germanum esse cognouit, multum ac diu conuitio deos
ob donum impie uictorie insecutus, prope castra transtulit. et pretiosa
ueste opertum rogo imposuit. ac deinde subiecta face protinus eodem gla
dio quo illum interemerat, pectus suum transuerberauit. seque super
corpus fratris prostratum communibus flammis cremandum tradidit.

latebat ignorantie b'sicio innocentie munere. s; ut sua poti' pietate
q̃ aliena venia uteretur. comes fraterne nec nō defuit.

de pietia pte

ARtissimus sanguinis uinculis pietati satisfecit. Restat ut patrie
exhibeat'. Cui' maiestati etiā illa que deor numinib' equat' aucto
ritas parentū uires suas subiciēt. fraterna q̃ caritas aīo equo
ac libēter cedit summa quidē cū rōne q2 euersa domo īterdū rei p.
stat' manere potest. urbis ruina penates omniū secū trahat ne
cesse ē. verū quid actinet urbis ista cōplecti quor tāta uis ē
ut aliqui salutis sue impendio testati sunt.

BRutus consul p̃m' cū arōte Tarquinii supbi regis expulsi filio
ī aciē ita equū incurrit ut pariter illatis hastis uterq; mortifero
uulnere ictus exanimis pcūmberet. merito obiererim pplo. ro.
libertatē suā magno stetisse. (s. pro)

CVm autē ī mediā ptē fori uasto ac repentino hyatu terra
subsideret. responsū q; eēt illū tātūmodo cōpleri posse. quo pō
pls plurimū ualeret. Curti' 2 aīi 2 gn̄is adolescēs īterptatus
urbē nr̄ā uirtute āmis q; pcipue excellere militarib' insignib'
ōnat' equū cōscendit. eūq; uehementer admotis calcarib' pcipi
tē ī illud pfundū egit. sup quē uniūsi ciues honoris grā
cēratī fruges īiecerūt. cōtinuoq; terra pstinū habitū recupe
rauit. magna postea ī foro romano fulserūt. 2 nullū tn̄ hodie
pietate Curtii erga patriā obrulatur exēplū. Cui principatum
glie obtinēti consimile factū subnectā.

GEnutio Cipo ptori paludamēto pōtām egredienti nouī 2 īau
diti generis prodigiū incidit. Nāq; ī capite ei' subito ueluti

cornua exexerunt. responsumque est regem eum fore si in urbem reuenisset.
quod ne accideret uoluntarium ac perpetuum sibimet indixit exilium.
dignam pietatem que quantum ad solidam gloriam attinet septem regibus preferatur.
cuius testande rei gratia capitis effigies eree porte qua excesserat inclu-
sa est. dictaque Graudecola olim cum raudea dicebatur.

Cenuti laudis huius quam aliorum excogitari uix potest successione tra-
didit Elio pretori. cui ius dicendi cum in capite picus consedisset aru-
spex que affirmasset conseruato eo fore ipsius domus statum felicissimum rei
publice miserrimum. occiso in contrarium utrumque cessurum. e uestigio picum morsu
suo in conspectu senatus necauit. decem et septem militum familiam eximie
fortitudinis uiros Cannensi prelio amisit rei publice procedente tempore ad sum-
mum imperii fastigium excessit. hec nimirum a Silla et Mario et Cinna
tamquam stulta riserunt.

Publius Decius qui consulatum et familiam suam primus intulit cum Latino
bello Romanam aciem inclinatam pene iam et prostratam uideret caput suum
pro salute rei publice deuouit. ac protinus concitato equo in medium agmen patrie
salutem sibi mortem petens irrupit. factaque ingenti strage pluribus telis
obrutus super corruit. ex cuius uulneribus et sanguine insperata uictoria
emersit. unicum tamen talis imperator specimen esset. nisi animo suo respondentem
filium genuisset. is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus deuotione
simili eque strenua pugna consentaneo exitu labentes perditasque uires
urbis nostre correxit. itaque dignosci arduum est utrum Romana ciuitas
utilius Decios habuerit duces an amiserit. quoniam uita eorum ne uince-
retur obstitit. mors fecit ut uinceret.

Non est extinctus pro re publica superior Scipio Africanus. sed admirabili

uirtute ne romanum imperium extingueretur prouidit. siquidem cum afflicta Cannensi
clade urbs nostra nichil aliud quam preda uictoris uictoris esse Ha-
nnibalis uideretur. ideoque reliquie prostrati exercitus deserende ytalie
auctore Q. Metello consilium agitarent. tribunus (s scipio) militis admodum
iuuenis stricto gladio mortem unicuique minitando iurare omnes
numquam se relicturos patriam coegit. pietatemque non solum ipse plenissimam
exhibuit. sed etiam e pectoribus illorum abeuntem reuocauit.

Age ut a singulis ad uniuersos transgrediar, quanto et quam equa-
li amore patrie tota ciuitas flagrauerit. Nam cum secundo bello pu-
nico exhaustum erarium ne deorum quidem cultum sufficeret, publi-
cani ultro aditos censores hortati sunt, ut omnia sic locarent tamquam
res publica pecunia undaret. seque prestaturos cuncta nec ullum assem
nisi bello confecto se petituros polliciti sunt.

Domini quoque seruorum illorum quos Sempronius Gracchus ob insignem
pugnam Beneuenti manumiserat, pretia ab imperatore exigere
supersederunt. in castris etiam non eques centurio stipendium dari sibi de-
siderauit. Viri ac femine quicquid auri argenti ue habuerunt.
Item pueri insignia ingenuitatis ad sustentandam temporis diffi-
cultatem hiis contulerunt. At ne beneficio senatus qui muneribus
his functos tributi honere liberauerat quisquam uti uoluit. sed
insuper id omnis promptissimis animis prestiterunt. Non igno-
rabat enim captis Veiis cum decimam nomine quas Camillus noue-
rat aurum Apollini delphico mitti oporteret, neque emendi eius
facultas esset, matronas in erarium ornamenta sua intulisse.
Similiterque audierat pondo auri quod gallis pro obsidione

capitolii promissum debebat) eam cultu expletum. Itaque ex proprio in-
genio et ex uetustatis admoniti nulla sibi in re cessandum existimaue-
SEd externa eiusdem propositi exempla attingam. Rex atheniensium | runt
Codrus cum ingenti hostium exercitu nabitrica regio debilitata
ferro igni uastaretur, diffidentia humani ingenii auxilii ad
apollinis delphica oraculum confugit. perque legatos sciscitatus est
quonam modo tam graue illud bellum discuti posset. respondit deus ita
finem ei fore si se ostili manu occidisset. quod quidem non solum totis
atheniensium in castris, sed etiam contrariis percrebuit. eoque factum
est ut edicerentur ne quis Codri corpus uulneraret. Id postquam cogno-
uit depositis insignibus imperii familiarem cultum induit. ac pabu-
lantium hostium globo se obiecit. unumque ex his falce percussum in
cedem suam compulit. cuius interitu ne athene occiderent effectum est.
Ab eodem fonte pietatis Trasibuli quoque animus manauit. Qui cum athe-
niensium urbem. xxx. tirannorum deterrima dominatione liberare cu-
peret, parua quoque manu maxime rei moles aggrederetur, et quidam e
consortiis dixisset, quantas tandem tibi athene per te libertatem consecute
grates debebunt. respondit dii faciant ut quantas ipse illi debeo uidear
retulisse. que affectum inclitum destructe tirannidis opus laude cumu-
Themistodes autem quem uirtus sua uictorem iniuria | lauit
patrie imperatorem persarum fecerat. ut ab ea se oppugnanda absti-
neret instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem
hausit. et ante ipsa ara quasi quedam pietatis clara uictima
concidit. quo quidem tam memorabili eius excessu ne grecie
altero Themistode opus esset effectum est.

Sequitur eiusdem generis exemplum. Cum inter Cartaginem et Cirenas de margine agri pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit ut eodem tempore iuvenes mitti et loci in quem convenissent finis ambobus haberi populis. Verum hoc pactum Cartaginenses duo fratres nomine Philenii perfidia preverterunt, citra constitutam horam maturato gressu in longius promotis terminis. Quod cum intellexisset Ciretum iuvenes, diu fallacia eorum questi, postremo acerbitate conditionis iniuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque sic cum finem ratum fore si Philenii iuvenes ibi se obrui passi essent. Sed consilio eventus non respondit. Illi cum nulla interposita mora corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui patrie quam vite sue longiores esse terminos maluerunt, bene iacent manibus et ossibus suis dilatato punico imperio. Ubi est superba Cartaginis alta menia? ubi maritima gloria inclyti portus? cunctis litoribus terribilis classis? ubi tot exercitus? ubi tantus equitatus? ubi immenso Affrice spatio non contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipionibus fortuna partita est. At Philenorum egregii facti memoriam nec patrie quidem interitus extinxit. Nichil est igitur excepta virtute quod mortali animo ac manu immortale queri possit. Iuvenili ardore plena hec pietas.

Aristotiles vero summe vite reliquias senilibus ac rugosis membris in summo litterarum otio vix custodiens adeo valenter pro salute patrie incubuit ut eam ab hostilibus armis solo equatam in lectulo atheniensi iacens eisdem a macedonum manibus quibus abiecta erat eriperet. Ita urbs non tam strata atque eversa Alexandri quam restituta Aristotilis notum est opus. Patet ergo quam benigne quamque profuse pietati erga patriam omnium ordinum omnis etatis homines extiterint. Sanctissimis quoque nostre legibus

munificorum etiam exemplorum clara munditia subscripta testantur.

De parentum amore et indulgentia in liberos. c. 6.

Sed nunc uela pii et placidi affectus parentum erga liberos in
dulgentia salubri quam aurea prouecta gratam suauitatis
dotem secum afferat.

Fabius Rutilanus quinque consulatibus summa cum diligentia gloria peractis
omnibusque et uirtutibus et uite meritis stipendiis legatus ire cum
fabio gurgite filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum grauatus
non est pene ipso per se duntaxat animo sine corpore militaturus utpote propter
ultima senectute lectuli otio quam labori proeliorum habilior. idem
triumphantis equo insidens sequi eum quem ipse paruulum triumphis
suis gestauerat in maxima uoluptate posuit. nec accessio gloriose
illius pompe sed auctor spectatus est.

Non speciosa Cesetii equitis romani sors patria sed par in dul
gentia qui a Cesare omnium iam externorum et domesticorum hostium
uictore cum abdicare filium suum iuberetur quod is tribunus plebis
cum Marullo collega inuidiam ei tamquam regnum affectanti fecerat
in hunc modum respondendo sustinuit. Celerius tu mihi Cesar
omnes filios meos eripies quam ex his ego unum nota mea
pellam. habebat autem duos preterea optime indolis filios quibus
Cesar se incrementa dignitatis benigne daturum pollicebatur.
hac patrem tametsi summa diuini principis clementia tutum prestitit
quis tamen non humano ingenio maius usum putet quod cui
totus terrarum orbis succubuerat non cessit.

Sed nescio an Octauius balbus concitatioris et ardentioris

erga filium temulentie fuerit. proscriptus atrium uiris cum domo po
stico clam esset egressus, iamque fuge expeditum initium haberet, postquam
filius intus trucidari falso clamore uicinie accepit se ei neci quam
euaserat obtulit. occidendumque militibus se tradidit. pluris nimirum
illud momentum quo illi preter spem incolumem uidere filium contigerat.
quam salutem suam existimans. miseros adolescentis oculos, quibus aman
tissimum sui patrem ipsius opera sic expirantem intueri necesse fuit.

Ceterum ut ad iocundiora cognitu ueniamus. Seleuci regis filius
anthiocus nouerce stratonices infinito amore correptus memor
quam improbis facibus arderet. pectus impatoris uulnus pia dissimula
tione contegebat. Itaque diuersi affectus hisdem uisceribus ac medullis
inclusi summa cupiditas et maxima uerecundia ad ultimam talem corporis
eius redegerunt. iacebat ipse in lecto moribundo similis lamentabantur
necessarii. pater merore prostratus de obitu unici filii sui deque sua
miserrima acerbitate cogitabat. totius domus funebris magis quam regius
erat uultus. Sed hanc tristitie nubem leptis mathematicus uel ut quidam
tradunt Trasistrati medici prudentia discussit. iuxta enim anthio
cum sedens ut eum ad introitum straconices rubore perfundi spiritum
increbescere eaque egrediente pallore et excitatione hanelitum
subinde recuperare animaduertit curiosiore obseruatione ad ipsam
ueritatem penetrauit. Intrante enim straconice et rursus abeunte
brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo modo uegetiore
modo languidiore pulsu uenarum comperit cuius morbi eger esset.
protinusque id seleuco exposuit. qui carissimam sibi coniugem filio
cedere non dubitauit. quod in amorem incidisset fortune acceptum

referens q dissimulate eu usq ad mōtes parat᷒ ēēt ipsi pudori
imputās. subiciat᷒ his senex amans. ita patebit q multa q q
difficilia patrum affect᷒ indulgētia separavit.

Hoc de seleuco quidē uxore. Ariobazanes autē filio suo
Capadocie regno cessit i cōspectu Gn. Pōpei. Cui cu tribunal
conscendisset, inuitat᷒ q ab eo ut i curuli sella sedisset. postq filiu
i cornu scribe humiliore fortunā sua locū obtinētes cōspexisset, nō
sustinuit infra se collocatū intueri, s3 ptin᷒ sella descendit, 2 dia
dema i caput ei᷒ transtulit. hortariq cepit ut eo transiret unde
ille surrexerat. Exciderunt lacrime iuueni, cōruit corp᷒. dilap
sum diadema ē. nec quo iussus erat pgredi potuit. Adq pene
ueritatis fidem excessit, letus erat qui regnū deponebat. tristis
cui dabat᷒. ne ullū finem tā egregium certame habuisset, ni pate
uolutati auctoritas pōpei affuisset. filiu ei3 2 rege appellauit.
2 diadema sumere iussit. i curuli sella cōsidere coegit. Comi
ce leuitatis hi pres. tragice aspitatis illi.

De seueritate parētū i liberos. c. 7

Lucius Brutus glia par Romulo. q2 ille urbem hic libertatē
Romam condidit. filios suos dnationem Tarquinii a se expul
sam reducentes summū imperium obtinens cōprehēsos, p q tribunali
uirgis cesos ad palū religatos securi percuti iussit. exuit pres ut
consul agēt. orbusq uiuere q publice uindicte deesse maluit.

Hui᷒ emulat᷒ exēplum Cassi᷒ filium qui tribun᷒ pleb agrariam
legem prim᷒ tulerat multisq aliis reb᷒ pplariter aios hominu
amore sui deuinctos tenebat. postq illam potestatē deposuit

adhibito propinquorum et amicorum consilio affectati regni crimine domum
damnavit. verberibusque affectum necari iussit. ac peculium Cereri consecravit.
Cuius ante Mallius torquatus propter egregia multa rare dignitatis iu
ris quoque civilis et sacrorum pontificalium peritissimus in consimili facto nec consilio
quidem necessariorum indigere se credidit. nam cum ad senatum Macedonia
de filio eius decimo salano qui provinciam obtinebat querelas per legatos
detulisset a patribus conscriptis petiit nequid ante de ea re statueret quam ipse
macedonum filiique sui causam inspexisset. summo deinde tum amplissimi
ordinis viro tum etiam eorum qui questum venerant consensu cognitione
suscepta domi consedit. solusque utrique parti per totum biduum vacavit.
tertio plenissimo die diligentissime auditis testibus ita pronuntiavit.
Cum salanum filium meum pecunias a sociis accepisse probatum mihi
sit et re publica eum et domo mea indignum iudico. protinusque e conspectu
meo abire iubeo. tam tristi patris sententia perculsus salanus lucem ulterius
intueri non sustinuit. suspendioque se proxima nocte consumpsit.
peregerat iam Torquatus severi et religiosi iudicis partes. satisfactum
erat rei publicae. habebat ultionem Macedonia. potuit tamen verecundo
filii obitu patris inflecti rigor. at ille neque exequiis adole
scentis interfuit. Et cum maxime funus eius duceretur consulere se
volentibus vacuas aures accommodavit. videbat enim se in eo atrio
consedisse, in quo imperiosi illius Torquati severitate conspicua ima
go posita erat. prudentissimoque viro succurrebat effigies ma
iorum suorum cum titulis suis. idcirco in prima parte edium poni solere.
ut eorum virtutes posteri non solum legerent sed etiam imitarentur.
Marcus vero Scaurus lumen ac decus patrie cum apud athesim flumen

impetu Cimbrorum romani equites pulsi deserto consule Catulo
urbem pavidi repeterent consternationis eorum participi filio mi-
sit. qui diceret libentius se in acie eius interfecti ossibus occursurum quam
ipsum tam deformis fuge reum visurum. Itaque si quid nimio reliquum
in pectore verecundie superesset conspectum degenerati patris
vitaturum. recordatione enim sue iuvente qualis M. Scauro aut habendus
aut spernendus filius suus esset admonebatur. quo nuntio accepto iuvenis
coactus est fortius adversus semet ipsum gladio uti quam adversus hostes usus fuerat.

Nec minus animose Aulus Fulvius vir senatorii ordinis euntem in
aciem filium retraxit. quam Scaurus ex prelio fugientem increpuit. Namque
iuvenem et ingenio litteris et forma inter equales nitentem pravo
consilio amicitiam Cateline secutum inque castra eius temerario impetu
ruentem medio itinere abstractum supplicio mortis affecit. prefatus
non se Catiline illum adversus patriam sed patrie adversus Catilinam ge-
nuisse. licuit. donec belli civilis rabies preterisset inclusum arcere.
verum illud cauti patris narraretur opus. hoc severi refertur. Sed ut hanc
incitatam et asperam severitatem mitiores relati patrum mores clemen-
tie sue mixtura temperent. exacte pene corella uenia negatur.

De parentum adversus filios suscepta moderatione. C. 8

A. Gellius omnibus honoribus ad censuram defunctus cum gravissima
crimina de filio in novercam commissum stuprum et parricidium
cogitatum prope modum explorata haberet non tamen ad vindictam continuo
procurrit. sed pene universo senatu adhibito in consilium expositis
suspitionibus defendendi se adolescenti potestatem fecit. inspectaque
diligentissime causa absolvit eum. tum consilii tum etiam sua sententia.

quam si impetu ire abstractus severe festinasset admisisset magis scelus
quam indicasset.

Quinti autem hortensii qui suis temporibus ornamentum romane eloque-
ntie fuit. admirabilis in filio patientia extitit. Cum enim eius impie-
tatem eius suspectam et nequitiam invisam haberet. ut Messala sue
sororis filium heredem esset habiturus ambitus tamen reum defendens
iudicibus dixit. si illum damnassent nichil sibi preter osculum nepotum
quibus acquiesceret superfuturum. hac scilicet sententia quam etiam edite orationi
inseruit filium potius in tormentis animi quam in voluptatibus reponens. tamen
ne nature ordinem confunderet non nepotem sed filium heredem
reliquit. moderate usus affectibus suis. quia et vivus moribus eius
verum testimonium et mortuus sanguini honorem debitum reddidit.

Idem fecit clari generis magneque dignitatis vir fulvius. sed in
fulvio aliquantum tetrior. nam cum ante senatum implorasset, ut suspectum
in parricidio et ob id latentem per triumvirum quereretur ac iussu patrum co-
mprehensus esset non solum eum non notavit sed etiam decedens dominum esse voluit
omnium que genuerat heredem instituens non quem fuerat expertus.

Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris nove atque inusita-
te rationis consilium adiciam. qui cum a filio insidias necti sibi compe-
risset. nec inducere in animum posset ut verum sanguinem ad hoc sceleris
progressum crederet seducta uxore suspiciens suppliciter rogavit
ne se ulterius celaret sive illum adolescentem subiecisset sive ex
alio concepisset. asseveratione deinde eius et iure iurando nichil
tale suspicari debere persuasus in locum desertum filio producto gla-
dium quem occultum secum tulerat tradidit. ac iugulum feriendum

prebuit. nec ueneno nec latrone ei ad pagendū parricidiū op9
ēēt affirmās. Quo facto nō parlatiū s; magno ipetu recta cogita
tio pect9 iuuenis occupauit. continuo q; abiecto gladio tu nō
inquit pater mihi si tam es obsequēs ut hoc pcari filio pmic
tis me q; excipa. s; tn̄ queso ne meus erga te amor eo sit uilio
q a penitentia ort9. solitudine sanguinē meliorē ēē pacatiorē q; pe
natib9 siluas ⁊ alimētis blandi9 feruū ac mōtis oblate q; date
uite felicia beneficium. Commemoratis pr̄ib9 qui iniurias filiorū
patienter exceperunt referam9 eos qui mortes equo aīo tulerunt.

De parentib9 qui mortē filiorū forti aīo tulerūt. c. 9.

Horati9 pulullus cū i capitolio Ioui optimo max ēēē po
ntifex dedicaret. inter q; nuncupatione sollemnia postem tenes
mortuum filiū suum audiss; neq; manū a postere remouit. ne
tanti tēpli dedicationē iterūperet. neq; uultū a pu religioē
ad priuatum dolorē deflexit. ne patris magis q; pontificis partes e
gisse uideretur. Clarū exēplū nec min9 tn̄ illustre q̄d seqt9.
Emili9 paulus nunc felicissimi nunc miserrimi pr̄is clarissi
ma representatio. Ex quatuor filiis forme insignis egregie
indolis duos iure adoptiuos i Cornelias fabiā q; gentes trās
latos sibi ipse denegauit. duos ei fortuna abstulit. quorū alter
triumphum pr̄is funere suo quatuor an̄ die precessit. alter in
triumphali curru conspect9 post die tertium expirauit. Itaq; qui
ad donandos usq; liberos habundauerat, i orbitate subito de
stitut9 est. que casum quo robore aīi substinuerit orone quā
de reb9 a se gestis apd̄ pp̄lum habuit hac adiciendo clausulam

nulli ambiguū reliquit. Cū i max° p̄uēcu felicitatis nr̄e quiri
tes timerē ne quid mali fortuna moliret᷒ / Ioue optimū
max iunone q̄ regina minēuā p̄cat᷒ sum. ut si qd aduersi
p̄plo ro. immineret / totū in meā domū cōuerteret᷒. qua p̄p̄ res
se bn̄ ht. annuēdo eīm uotis meis id egerunt ut uos pot᷒ meū
casū doleatis q̄ ego uro īgemiscere. Vno ē nūc domestico ex̄
adiecto i alienis luctib᷒ orōni mee uacari p̄mictā.
nō aregimine s̄ a cognomine
Quint᷒ Marti᷒ rex superioris Catonis i consulatu collega
filiū summe pietatis magne spei ⁊ que nō parua calamitatis
accessio fuit unicū amisit. Cui᷒ se obitu ei᷒ subruptū cernens uidere
ita dolorē altitudine cōsilii uicerat / ut a rogo iuuenis ꝓtin᷒
curiā peteret senatū q̄ eo die lege habere oportebat conuoca
ret. qd n̄ fortiter merorē ferre sciss̄ uni᷒ diei luce īte calami
tosū p̄rē ⁊ strenuū ɔsulē uitra i p̄te cessato officio partiri no
Princeps atheniensiū pericles intra quatriduū potuiss̄
duob᷒ mirificis adolescentib᷒ filiis spoliat᷒ his ip̄is dieb᷒ et
uultu p̄stinū habitū retinere ⁊ orōne nulla ex p̄te īfractiore
coronat᷒ est. Ille nō caput solito more coronatū gerē sustinuit.
ut nichil ex uetere ritu p̄p̄ domesticū uuln᷒ detraheret. nō sine
cā igit᷒ tanti roboris aīus ad olimpi iouis cognomē ascendit.
Xenophon autē qd ad Socraticā disciplinā actinet p̄ximꝰ
a platone felicis ac beate facundie gradus / cū sollēne sacrificiū
pageret / e duob᷒ filiis maiorē natu nōie Grillū apd Matinea
ī p̄lio cecidisse cognouit. nec ideo institutū deorū cultū obmicte
dū putauit. s̄ tm̄ mō coronā deponere contēt᷒ fuit. quā ip̄ā

peruntatus quam modo cecidisset ut audivit fortiter pugnantem interisse
capiti reposuit. Numina quibus sacrificabat testatus maiorem se ex vir-
tute filii voluptatem quam ex morte amaritudinem sentire. alius abmo-
visset hostiam. abiecisset altaria lacrimis respersa thura disiecisset.
Xenophontis corpus pia religione inmobile stetit et animus in consilio
prudentie stabilis mansit. ac dolori subcumbere ipsa clade que nuntiata
erat tristius duxit.

Nec anaxagoras quidem supprimendus est audita namque filii morte
nichil michi inquit inexpectatum aut novum nuntias. ego enim illum
ex me natum sciebam esse mortalem. has voces utilissimis preceptis
imbuta virtus mittit. quas siquis efficaciter auribus receperit.
non ignorabit ita liberos esse procreandos ut meminerit his a rerum
natura et accipiendi spiritus et reddendi eodem momento temporis legem dici.
atque ut mori neminem solere qui non vixerit, ita nec vivere
aliquem quidem posse qui non sit moriturus;

Incipit liber sextus.

De pudicitia. C. I.

Unde te virorum ac feminarum praecipuum fundamentum pudicitia
invocem? Tu igitur prisca religione consecratos veste focos
incolis. Tu capitoline iunonis pulvinaribus incubas.
Tu palatii columen, augustos penates, sanctissimumque iulie genia-
lem thorum assidua statione incubas. Tuo presidio puerilis etatis
insignia munita sunt. Tui numinis respectu sincerus iuvente
flos permanet. Te custode matronalis stola censetur. ades igitur

et cognosce que fieri ipsa noluisti.

Dux romane pudicitie lucretia cuius uirilis animus maligno erro
re fortune muliebre corpus sortitus est. a Sexto tarquinii regis
superbi filio per uim stuprum pati coacta cum grauissimis uerbis
iniuriam suam in consilio necessariorum deplorasset. ferro se quod ue
ste tectum attulerat interemit. causamque tam animoso interitu imperium
consulare pro regio permutandi populo romano prebuit. atque hec illatam iniuriam non

Virginius plebei generis sed patricii uir spiritus ne probro tulit.
contaminaretur domus sua proprio sanguini non pepercit. Nam cum appius
claudius decemuir filie sue uirginis stuprum potestatis uiribus fretus
pertinacius expeteret deductam in foro puellam occidit. pudicitieque
interemptor quam corrupte pater esse maluit.

Nec alio robore animi preditus fuit pontius aufidianus eques romanus.
qui postquam comperit filie sue uirginitatem a pedagogo proditam fannio
saturnino non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio etiam
ipsam puellam necauit. Itaque ne turpes eius nuptias celebraret
acerbas exequias duxit.

Quid publius meneuius quam seuerum pudicitie custodem egit? in libertum
namque gratum admodum sibi animaduertit. quia cum nubilis iam etatis
filie osculum dedisse cognouerat. cum presertim non libidine sed errore
lapsus uideri posset. Ceterum amaritudine pene teneris adhuc
puelle sensibus castitatis disciplinam ingenerari magnis existi
mauit. eique tam tristi exemplo precepit ut non solum uirginitatem illi
batam sed etiam oscula ad uirum sincera perferret.

Quid uero fabius maximus seruilianus honoribus quos splendidissime

gesserat

q̄ i dubio erat · p̄r̄ an fili⁹ ēēt ca / an peccasset.

gesserat / censure grauitate cōsumatis exegit penas a filio dubie castitatis. ⁊ punito pependit uolūtario secessu cōspectū p̄rie mutādo.

fabii de quo dixit i p̄cedenti ex̄

Vgere Censoriū uirū nimis atrocez extitisse ň p. attiliū filiū ei⁹ i pueritia cōpore questū a dn̄o facere coactuz, tā seuex postea p̄rez cēnerez· filiaz eīz suaz q̄ ita se strupi crimine cōquinaue- rat iteremit. Q̄z sanctaz igit⁹ i ciuitate nr̄a pudicitiā fuisse existimare debem⁹. in qua etiaz institute res libidinis tā seue- ros ei⁹ uindices euasisse aiaduetim⁹. Sequit⁹ excellentis ac me- morabilis facti exemplū.

Marcus Claudi⁹ Marcellus edilis curulis Gaio Scatinio Capitolio Tribuno pleb' die ad p̄plm̄ dixit / q̄ filiū suū de strupo appellasset. eoq; asseuerante se cogi nō posse ut adesset / q̄a sacrosanctā pote- state h̄ret / ⁊ ob id tribunitiū aux̄ implorāte. totū collegium tribunoꝝ tribunoꝝ negauit se intercedere / quominus questio pu- dicitie p̄ageret⁹. citat⁹ itaq; Scatini⁹ reus uno teste qui tem̄p̄tat⁹ erat dampnat⁹ ē. constat iuuenē p̄ductū in rostra defixo i t̄ra uultu p̄seuerāter tacuisse. uerecundo q; silentio plurimū i ultionez suaz ualuisse.

Metellus q̄z Celer stuprose mētis acer punitor extitit. Gn. sergio sillo p̄missoꝝ matrisfamilie nūmoꝝ gr̄a diē ad p̄plum dicendo. eūq; hoc uno crimine dānando. nō eīz factū tūc s; aīus i questionē deduct⁹ ē. plus q; uoluisse peccare nocuit / q̄ nō pec- casse p̄fuit. Concionis hec / illa curie grauitas.

Titus Veturi⁹ fili⁹ ei⁹ Veturij qui i consulatu suo Sānitibus ob turpiter ictuz fedus dedit⁹ fuerat. cū p̄p̄ domesticā ruinā

graue aes alienum Plotio seruitutem nexum se dare admodum adolescentulus coactus esset, seruilibus ab eo uerberibus quia stuprum pati noluerat affectus detulit querelam ad consules. a quibus hac de re certior factus senatus Plotium in carcerem duci iussit, in qualicumque enim statu positam romano sanguini pudicitiam tutam esse uoluit. Et quid mirum si hoc uniuersi patres conscripti censuerunt.

Gaius festiuus triumuir. C. Cornelium fortissime militie stipendia emeritum, uirtutisque nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatum, quod cum ingenuo adolescentulo stupri commertium habuisset, publicis uinclis onerauit. a quo appellati tribuni cum de stupro nichil negaret, sed sponsione se facere paratum diceret quod adolescens ille palam atque aperto corpore questum factitasset, intercessionem suam interponere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere mori coactus est. Non putauerunt enim tribuni plebis rem publicam nostram cum fortibus uiris pacisci oportere, ut externis periculis domesticas delitias emerent.

Libidinosi centurionis supplicium. M. Letorii mergi tribuni militaris eque similis exitus sequitur. Cui Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit, quod cornicularium suum stupri causa appellasset. nec sustinuit eius rei conscientiam Letorius, sed ipse ante iudicii tempus fuga prius subtraxit, deinde etiam nature modum expleuerat. fato tum functus uniuerse plebis sententia crimine impudicitie damnatus est. Signa illum militaria, sacrate aquile et certissima romani imperii custos seuera castrorum disciplina ad inferos usque persecuta est, quoniam cuius uirtutis magister esse debebat, sanctitatis corruptor temptabat existere.

Hoc monuit. G. Marium imperatorem tum cum Clusium sororis sue filium

tribunu militu a plotino manipulario milite iure cesu putauit
q eu de stupro copellare ausus fuerat. Sz ut eos q qui uindicanda
pudicitia dolore suo p publica lege usi sut, strictis pcurra.

Sempronius musca. C. Gallium dephensu i adulterio flagellis cecidit.
Gaius Memmius. L. Octauiu similiter dephensu p rus cotundit.
Carbo actienus ab ibieno itē pōti a p. Cornelio dephensi castrati st.
Gaiu etia furiu brochus qui dephenderat familie strupandu
obiecit q ire sue indulsisse fraudi fuit.

Atq ut i domesticis extēna subnecta. Greca femina noie ypp
cu hostiu classe eēt excepta, i mare ut morte pudicitia tueretur
abiecit. cui corpus dritheo litore appulsu pxima undis humo se
pulture mandatu ad hoc tps tumulo contegit. Sanctitatis uo gla
etia ne tradita memorie grecia laudib suis celebrando quoti
die florentiore effecit.

Uehementi hoc. illud consideratius ex pudicitie. Exercitu gallo
copus grecorum a Gn. Manlio consule i olimpo monte ex pte deletis
pte captis. Orgia Gontis reguli uxor mire pulcritudinis a
centurione cui custodienda tradita erat stupru pati coacta e. postq
uentu e i eu locu i que centurio missis nuntiis necessarios mu
lieris ptiu quo ea redimeret affere iusserat. auru expedente
centurione, i ei pondus aio oculisq itento gallo gntis ligua genti
sue ipauit. ut eu occideret. Interfecti deinde caput abscissu ma
nib retinens ad coniuge uenit. abiectoq eo an pedes ei iniurie
ultionis sue ordine exposuit. huius femine quid aliud quisq
q corpus hostiu i potestate uenisse dicat? Naq animus nec uinci

nec pudicitia capi potuit.

TEutonicorum uero coniuges Marium uictorem orarunt, ut ab eo uirgi
nibus uestalibus dono mitterentur affirmantes eque se atque illas uirilis
concubitus expertes futuras. eaque re non impetrata laqueis sibi nocte
proxima spiritum eripuerunt. dii melius quod hunc animum uiris earum in aciem
non dederunt. Nam si mulierum suarum uirtutem imitari uoluissent, incer
ta theutonice uictorie trophea reddidissent.

Libere dicta aut facta. C. 2.

Libertatem autem uehementis spiritus dictis pariter ac factis testa
tam, ut non inuitauerim ita ultro uenientem non exclusarim.
que inter uirtutem uitiumque posita si salubri modo se temperauerit
laudem, si quo non debuit profudit, reprehensionem meretur. at uulgi sit
auribus gratior, quam sapientissimi cuiusque animo probabilior est. ut pote sepe
quietis aliena uenia quam sua prudentia tuta. Sed quia humane uite par
tes persequi propositum est, nostra fide propria extimatione referatur.

PRiuerno capto interfectisque qui id opidum ad rebellandum incita
uerat, senatus indignatione accensus consilium agitabat, quidnam
de reliquis priuernatibus esset faciendum. ancipiti igitur casu salus eorum
fluctuabat, eodem tempore et uictoribus et inimicis subiecta. Ceterum cum
auxilium unicum in precibus restare animaduerterent, ingenuique et ytalici san
guinis obliuisci non potuerunt. princeps enim eorum interrogatus in curia
quam penam mereretur, respondit quam merentur qui se dignos libertate
iudicarent. arma sumpserat, exasperatosque patrum conscriptorum animos uerbis
inflamauerunt. Sed plautius consul fauens priuernatium esse regressum
animose eius dicto obtulit, quesiuit quoque qualem cum eis romani partem

habituri eēnt impunitate donata. at is constantissimo uultu. si bona dederitis inquit expetiā. si mala nō diutinā. Qua uoce perfectum ē uictis nō solum uenia. sed ius et beneficium nr̄e ciuitatis daretur. sic ī senatu loqui priuernatas ausus est.

Lucii uero philippus consul aduersus eundē ordinē libertatem exercere nō dubitauit. Nā segnitiā pro rostris exprobrans, alio sibi senatu opus ēē dixit. tantumque a penitentia afuit ut etiam .L. crasso sūme dignitatis ac eloquentie uiro id ī curia grauiter ferenti manum inici iuberet. Ille reiecto lictore nō ē mihi inquit philippus consul. quia nec ego quidē senatus sum tibi. Quid porro ab incursu suo libertas tutum reliquit? ymo et similiter egressa et eque excepta patientia.

Gneus carbo tribunus pleb nuper sepulte seditionis grachane turbulentissimus uindex, idemque orientium ciuilium malorum fax ardentissima p. africanum a numantie ruinis summo cum glorie fulgore uenientem ab ipsa pene porta ī rostra productum. Quid de Tiberii gracchi morte cuius sororem ī matrimonio habebat sentire interrogauit. et ut auctoritate clarissimi uiri īcohato iā incendio multum īcrementi adiceret. quia nō dubitabat quin propter tam artam affinitatem aliquid pro memoria interfecti necessarii miserabiliter eēt locuturus. at is eum iure cesum uideri respondit. Cui dicto cum tribunicio furore instinctu uiolenter subclamasset. taceat inquit quibus italia nouerca est. orto deinde murmure, nō efficietis ait ut solutos uerear quos alligatos adduxi. Uniuersus populus ab uno iterum contumeliose correctus erat. quantus ē honor uirtutis. tacuit repente ipsius uictoria numātina, et patris macedonica, deuicte que cartaginis

habita spolia et duorum regum Syphacis et Persei ante triumphales currus catene
cervices totius tunc fori clauserunt. nec timori datum est silentium. Hic quo
beneficio Emilie Cornelie gentis multi metus urbis atque italie fini-
ti erant. plebs romana libertatis Scipionis libera non fuit. quapropter
minus mirari debemus quod amplissima Gnei Pompei auctoritas totiens II
cum libertate luctata est, nec sine magna laude, quia omnis generis
hominum licentie ludibrio esse quieta fronte tulit.

Gneus enim Piso cum Manilium Crispum reum ageret, eumque evidenter
nocentem gratia Pompei eripi videret iuvenili impetu ac studio ac-
cusationis provectus multa etiam gravia crimina prepotenti defensioni
obiecit. Interrogatus deinde ab eo cur se non etiam accusaret. da inquit
prades rei publice te si postulatus fueris civile bellum non excitaturum. etiam
de tuo prius quam de Manilii capite consilium iudicum mittam. Ita in
eodem iudicio duos sustinuit reos, accusatione Manilium, libertate
Pompeium. et eorum alterum lege peregit. alterum professione qua solum poterat.

Quid ergo libertas sine Catone? Non magis quam Cato sine libertate.
Nam cum in senatorem nocentem et infamem iudex sedisset, tabelleque Gnei
Pompei laudationem eius continentes prolate essent procul dubio efficaces
future, pro reo summovit eas questione, legem recitando, qua
cautum erat ne senatoribus tali auxilio uti liceret. huic facto persona admira-
tionem ademit. nam quod in alio audacia videretur in Catone fiducia cognoscitur.

Gneus Lentulus Marcellus consul cum in contione de magni Pompei
nimia potentia quereretur assensusque ei clara voce universus
populus esset. acclamate inquit acclamate quirites dum licet. iam
vobis impune facere non licet. pulsa nunc est eximii civis potentia.

hinc invidiosa querela, hinc lamentatione miserabili. cui candida
fascia crux alligatum habenti Favonius, non refert inquit qua in parte
sit corporis diadema, exigui panni cavillatione regias ei vires ex-
probans. at is neutra in parte mutato vultu utrumque cavit, ne aut
hilari fronte libenter agnoscere potentiam, aut tristi ira confiteri
videret, eaque patientia inferioris etiam generis et fortune hominibus
aditum adversus se dedit. e quorum turba duos retulisse habunde erit.
Helvius Mantia Formianus libertini filius ultime senectutis Lucium
Libonem apud censores accusabat. in quo certamine cum Pompeius Magnus
humilitatem ei etatemque exprobans ab inferis illum ad accusandum
remissum dixisset, non mentiris inquit Pompei. venio enim ab inferis
in L. Libonem accusator venio. sed dum illic moror vidi cruentum Gn.
Domitium Enobardum defendentem (lentem) quod summo genere natus integerrime
vite amantissimus patrie in ipso iuventutis flore tuo iussu esset oc-
cisus. vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum que-
rentem id sibi prius perfidia deinde etiam crudelitate occidisse.
vidi Gn. Carbonem acerrimum pueritie tue bonorumque patris tui
defensorem in tertio consulatu catenis, quas tu ei inici iusseras vinc-
tum obtestantem te adversus omne fas et nefas cum in summo esset imperio
a te equite romano trucidatum. vidi eodem habitu in quirinatu
pretorium virum per penam sevitiam tuam execrantem, omnesque eos
una voce indignantes quod indenati sub te adolescentulo carnifice occi-
dissent. obducta iam vetustis cicatricibus bellorum civilium, vastissima
vulnera municipali homini servitutem paternam redolenti effre-
nate temeritatis intollerabilis spiritus impune revocare licuit.

Itaq; eo tpe i fotissimu . Gn . pompeio erat maledice ? tutissimus . S;
no patit nos hec longiore querela psequi psone i sequetis aliquato
sors humilior .

Philipp' tragedus cu in appolinaris ludis inte actu ad eu
uersu uenisset i quo hec snia cotinet miseria nra magn' est .
directis i popeiu magnu manib' pnutiauit . reuocat' q; aliquo
tiens a ppto sine ulla cunctatione nimie illu itollerabilis po
tentie reu gestu pseueranter egit . eade petulantia usus est
i ea q; pte uirtutes ista ueniet tps cu grauiter gemas .

Madr'o etia Castritij litetate iflamat' anus . qui cu placentie
magistratu gereret . Gn . eu Carbone consule iubete decretu
fieri quo sibi obsides a placentinis daretur . nec sumo ei' impio
obtepauit nec maximis uirib' cessit . atq; etia dicete multos
se gladios hre . respondit ? ego annos . obstupuerut tot legione
ta robustas senectutes reliquias ituetes . Catoni q; irea . q;
materia seuiendi p qua exigua habebat paululu uite tps abla
tura in se ipa collapsa est .

Iam Seruij galbe temeritatis plena postulatio . q illu Julius
consumatis uictorijs i foro ius dices i huc modu itepellare
sustinuit . Gai Juli Cesar . p . Gn . popeio magno quodam geneo tuo
i tetio ei' consulatu pecunia spopondi quo noie nuc appellor .
quid aga depphendar . pala atq; apte ei honor popei uedditione
exprobando ut a tribunali submoueret' meruerat . S; ipa illud
masuetudie miti pect' es alienu popei ex suo fisco solui iussit .

Hec pascel' uir iuris ciuilis clar' q; piculose contumax .

nulli⁹ eu͂ aut gr̃a aut auctoritate cõpelli potuit. ut de aliqua
ear̃ rer̃ quas tiguir dederat formulas cõponeret. hoc animi
iudicio victorie eor̃ b̃nficia ex omnem ordinem legu͂ potẽs.
Idem cu͂ multa de patrib⁹ (at tp̃rib⁹) liberi⁹ loqueret' amici q3 ne id face
ret admonerent duas res q̃ hoĩb⁹ amarissime uideret' ma
gna͂ sibi licẽtiam p̃bere respondit. senectute͂ & orbitatem.
INserit se tantis uiris mulier alieni sanguinis. que a phi
lippo rege temulẽto imerẽter da͂nata. p̃uocare ad philip
pum igit' s3 sobriu͂. excussit crapulam oscitanti ac p̃sentiã ai
ebrium respicere. causaq3 diligẽti⁹ inspecta iustiore͂ sniam
ferre coegit. Igit' equitate qua͂ impetrare nõ potuerat ex
torsit. potti⁹ p̃sidiu͂ a ueritate q̃3 ab inocẽtia mutuatum.
Iam illa nõ soluͫ fortis s3 etiam urbana libertas. senectutis
ultime quedam siracusis oĩb⁹ dyonisii tiranni exitiu͂ p̃p̃ ni
mia͂ mor̃ acerbitate͂ & itollerabilia onera nobis expetentib⁹
sola quotidie matutino t̃p̃e deos ut i͂ columis ac sibi sup̃stes
ẽẽt orabat. q̃d ubi is cognouit nõ debita͂ sibi admirat⁹ beni
uolentia͂ arcessit eam. & quid ita hoc aut quo merito suo fa
ceret interogauit. tu͂ illa certa ẽ inq̃t ratio p̃positi mei. pue
lla eni͂ cu͂ grauem tirannum haberem⁹ carere cupiebam. quo iter
fecto aliquãto deterior arcem occupauit. Cui⁹ q̃q3 finiri
dominatione magni extimabam. tertium te superiorib⁹ i͂p̃potu
niorem cepim⁹ hr̃e rectorem. Itaq3 ne si tu fueris absumpt⁹
deterior i͂ locum tuum succedat. caput meu͂ p̃ tua salute deuo
ueo. tam facetam audaciam dyonisi⁹ punire erubuit.

Inter has et Theodori Cirenei qui animosi spiritus constantiam esse potuit
par virtute, felicitate dissimile. Is enim Lisimaco regi sibi mortem
minitanti. enim vero inquit magnifica res tibi contigit quia cantaridis
vim assecutus es. cumque hoc dicto accensus cruci eum suffigi iussisset.
terribilis ait hec sit purpuratis tuis. mea quidem nichil inte
rest humi an sublime putrescam;

De severitate. C. 3.

Armet se duritia pectus necesse est. dum horride ac tristis
severitatis acta narrantur. ut omni mitiore cogitatione
seposita rebus auditu asperis vacet. ita enim districte et inexorabiles
vindicte et varia penarum genera in medium procurrent. utilia quidem legum
munimenta sed minime in placido et quieto paginarum numero reponenda.

Marcus Mallius unde Gallos depulerat inde ipse precipitatus est quia
fortiter defensam libertatem nepharie opprimere conatus fuerat. Cuius
iuste ultionis nimirum hec prefatio fuit. Mallius eras mihi cum preci
pites agebas Senones. postquam imitari cepisti unus factus es ex Senonibus.
huius supplicio eterne memorie nota inserta est. propter illum enim lege san
ciri placuit ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret. quia
domum eo loci habuerat ubi nunc edem Monete videmus.

Par etiam indignatio civitatis adversus Spurium Cassium erupit.
cui plus suspitio concupite dominationis nocuit quam tres magnifici
consulatus ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populusque Romanus non con
tentus eum capitali supplicio afficere et interempto domum superiecit. ut pena
tium quoque strage puniretur. In solo autem edem Telluris fecit. Itaque quod prius
domicilium potentis fuerat nunc religiose severitatis monimentum est.

Eadem ausum p. Melium consimili exitu patria mulctavit. area vero domus
eius quoque iustitia supplicii notior ad posteros perveniret, equimelii
appellationem traxit. quantum ergo odii adversus hostes libertatis insitum animis
haberent, parietum ac tectorum in quibus versati fuerunt ruinis testabantur.
Ideoque et M. Flacci et L. Saturnini seditiosissimorum civium corporibus
trucidatis, penates ab imis fundamentis erupti sunt. Ceterum Flacciana
area cum diu pene vacua mansisset a Q. Catulo Cymbricis spoliis adornata est.
Viguit in nostra civitate T. et Gn. Graccorum summa voluptas ac spes
amplissima. sed quia statum civitatis conati sunt convellere, insepulta ca-
davera iacuerunt. supremusque humane conditionis honos filiis Grac-
chi et pronepotibus Africani defuit. quin etiam familiares eorum ne
quis rei publicae inimicis amicus esse vellet de robore precipitati sunt.
Idem sibi licere tam P. Mutius tribunus plebis quam senatus populusque Romanus credidit. qui
omnes collegas suos qui duce Spurio Cassio id egerant ut magistra-
tibus non subrogatis communis libertatis in dubium vocaretur, novem vivos crema-
vit. Nichil profecto hac severitate fidentius. unus enim tribunus eam
penam novem collegis inferre ausus est, quam novem tribuni ab uno
collega exigere perhorruissent.
Libertatis adhuc custos et vindex severitas, sed pro dignitate aeque
ac pro disciplina eque gravis. M. enim Claudium senatus Corsis, quia
turpem cum his pacem fecerat dedit. quem ab hostibus non acceptum in publica
custodia necari iussit. semel lesa maiestate imperii, quot modis
ira pertinax vindex fuit eius rescindit. libertatem ademit. spiritum extin-
xit. contumelia corporis carceris detestanda gemoniarum scalarum nota fedavit.
At hic quidem senatus animadversionem meruerat. Gn. autem Cornelius

Scipio hispali filius preter quam memeri posset exptus est. Nam cum ei
hyspania prouincia sorte obtinuisset ne illuc iret decreuit, adiec
ta causa quod recte facere nesciret. Itaque Cornelius prope vite inhonesti
actu sine ullo prouinciali ministerio, tamen modo repetundarum lege damnatus est.

NEc in Cn. quidem uetieo qui sinistre manus digitos ne bello
italico militaret absciderat, seueritas senatus cessauit, publica
tis enim bonis eius ipsum eternis uinclis puniendum censuit. Effe
cit que ut quem honeste spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis
Id factum imitatus M. Curius consul, cum delectum | consumeret.
subitum edicere coactus esset, et iuniorum nemo respondisset, coniectis
in sortem omnibus tribus pollie que prima exierat primum nomen
urna extractum citari iussit. neque eo respondente bona adulescen
tis haste subiecit quod ut illi nuntiatum est, ad consulis tribunal
concurrit. collegium que tribunorum appellauit. Tunc M. Curius prefatus non
opus esse eo ciue reipublicae qui parere nesciret. bona eius et ipsum uendidit.

NEque tenax propositi L. domitius. Nam cum Siciliam pretor regeret, dum
ad eum eximie magnitudinis aper oblatus esset adduci ad se pa
storem cuius manu occisus erat iussit. interogatum que quo mo
eam bestiam confecisset, postquam cognouit usum uenabulo cum hoc uixit. que
ipse ad exturbanda latrocinia quibus prouincia uastabatur neque telum
haberet edixerat. hoc aliquis in finem seueritatis et seuitie ponen
dum dixerit. disputatione enim utroque flecti potest. Ceterum ratio
publici imperii pretorem nimis asperum existimari non patitur.
si sic se iniuriis puniendi seueritas exeguit.

SEd nec in feminis quidem supplicio afficiendis segniore se

fratrum
egit horatius post plus tertium curiatium conditione pugne omnium
albanorum uictor cum ex illa clarissima acie domum repetens, sororem
suam uirginem Curiatii sponsi morte profusius quam illa debebat etas
flentem uidisset, gladio quo patrie rem bene gesserat interemit.
parum pudicas ratus lacrimas, que preproperato amori dabantur. que hec
nomine reum apud populum actum pater defendit. Ita paulo procliuior
animus puelle ad memoriam futuri uiri fierem et ferocem et iudicem
et uindicem tam rigidum assensorem patrem habuit.

Consimili seueritate senatus postea usus Spurio postumio
albino. Q. Martio philippo consulibus mandauit. ut de his que in
sacris bachanalium inceste use fuerant inquireret, a quibus multe
cum essent damnate in omnes cognatas intra domos animaduerterunt. lateque
patens opprobrii deformitas seueritate supplicii emendata est. Quia
quantum ruboris nostre ciuitati mulieres turpiter se gerendo incus-
serat tantum laudis punite grauiter attulerunt.

Publicia autem que postumium albinum consulem. item lucinia que
claudium asellium uiros suos ueneno necauerat propinquorum de-
creto strangulate sunt. Non enim putauerunt seuerissimi uiri in
tam euidenti scelere longum publice questionis tempus expetendum.
Itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium mature
uindices extiterunt. magno scelere horum seueritas ad exi-
gendam uindictam concitata est.

Egnati autem Metelli seueritas longe minore de causa qui
uxorem quod uinum bibisset fusti percussam interemit. idque factum non
accusatorem tantum sed reprehensore caruit, uno quoque extimante optimo

illa eum violate sobrietatis penas pependisse. Et sane quecumque femina vini usum inmoderate appetit, virtutibus ianuam claudit et delictis aperit.

Horridum quoque Sulpitii Galli maritale supercilium. Nam uxorem dimisit quod eam capite aperto foris versatam cognovit. abscisa sententia quod tamen aliqua ratione munita. lex enim inquit tibi tantum meos prestituit oculos. quibus formam tuam approbes. his esto speciosa. horum te certiori crede notitie. ulterius tui conspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione et crimine hereat necesse est.

Nec aliter sensit. Q. antistius vetus repudiando uxorem quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat. Nam ut ita dicam in cunabulis et nutrimentis culpe non ipsa mota culpa anteriore delicto prohibuit ultionem ut potius caveret iniuriam quam vindicaret.

Iungendus est his. P. Sempronius sophus qui coniugem repudii nota affecit nichil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. Ergo dum sic olim feminis occurritur. mens earum a delictis aberat. Ceterum et si romane severitatis exemplis totus terrarum orbis instrui potest. tamen externa sumatim cognoscere fastidio non est.

Lacedemonii libros archilochi e civitate sua exportari iusserunt. quod eorum parum verecundam et pudicam lectionem arbitrabantur. noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui. ne plus moribus noceret quam ingeniis prodesset. Itaque maximum poetam aut certe aut proximum summo quia domum sibi invisam obscenis maledictis laceraverat carminum exilio multarunt.

Athenienses autem Timagoram inter officium salutationis darium regem more gentis illius adulatum capitali supplicio affecerunt. unius civis humilibus blanditiis totius orbis sue decus pro sicere dominationi

submissum, graviter ferentes.

Iam Cambises inusitate severitatis qui mali cuidam iudicis e corpore pellem detractam selle intendi in eaque filium eius iudicaturum sedere iussit. Ceterum et rex et barbarus atroci ac nova pena iudicis ne quis postea corrumpi iudex posset providit.

Graviter dicta aut facta. C. q

Magnam et bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant. que ab his dicta aut facta pertinax memoria viribus eternis comprehendit. quorum ex habundanti copia nec parca nimis nec rursus avida manu quod magis desiderio satisfaciat. quam satietate habundet hauriamus.

Civitate nostra Cannensi clade perculsa cum admodum tenui filo suspensa rei publice salus ex sociorum fide penderet ut eorum animi ad imperium romanum tuendum constantiores essent. maiori parti senatus principes latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Annius etiam Capanus consulem alterum Capue creari debere asseverabat. sic contusus et eger imperii romani spiritus erat. Tunc Manlius Torquati filius eius qui latinos apud Vesalam inclita pugna fuderat. quam poterat clara voce denuntiavit, siquis sociorum inter patres conscriptos sententiam dicere ausus esset continuo eum interempturum. hec unius mine et romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt. et Italiam ad ius civitatis nobiscum exequendum passe non sunt. Namque ut patris armis, ita verbis filii fracta cessit.

Par illi quod Manlii gravitas. cui cum consulatus omnium consensu deferetur, eumque sub excusatione adverse valitudinis oculorum recusaret, instantibus cunctis, alium inquit quirites querite ad quem hunc honorem transferatis. Nam si me gerere eum coegeritis, nec

.l.

ego mores u(est)ros fe(re)re, nec uos meu(m) imp(er)iu(m) p(er)peti poteritis.
si p(ri)uati ta(m) ponderosa uox q(uam) graues fasces consulis extitissent.
Nichilo segnior Scipionis Emiliani aut i(n) curia aut i(n) co(n)c(i)one ciui-
tatis. qui cu(m) h(abe)ret co(n)sorte(m) censure mumiu(m) ut nobile(m) ita eneru(m)
uite, p(ro) rostris dixit se ex maiestate rei. p. om(n)ia gesturu(m) si
sibi ciues ut dedissent collega(m) ut n(on) dedissent.

Idem cu(m) Ser(uius) Sulpiti(us) Galba (et) Aureli(us) consules i(n) senatu conten-
derent uter aduersus Jurianu(m) i(n) yspania(m) mitteret(ur), ac magna
inter pa(tres) co(nscrip)tos dissentio e(ss)et, o(mn)ib(us) quona(m) s(ente)n(t)ia(m) ei(us) inclinaret(ur) expec-
tantib(us) neutru(m) inquit michi mitti placet. q(ui)a alter nichil habet,
alteri nichil e(st) satis. eque mala licetis i(m)p(er)ii magra(m) iudicans inopia(m),
atq(ue) auaritia(m). quo dicto ut neuter i(n) p(ro)uincia(m) mitteret(ur) obtinuit.

Gneus u(er)o popili(us) a senatu legat(us) ad anthiocu(m) missus, ut bello
quo se tholomeu(m) lacessabat abstineret. cu(m) ad eu(m) uenisset. atq(ue)
is p(ro)mpto a(n)i(m)o (et) amicissimo uultu dextera(m) ei porrexisset. inuicem
illi sua(m) porrigere noluit. s(ed) tabellas senat(us) co(n)sultu(m) (con)tine(n)tes tra-
didit. quas ut legit anthioc(us) dixit se cu(m) amicis collocuturu(m). Indignat(us)
popili(us) q(uod) aliqua(m) mora(m) int(er)posuisset uirga solu(m) quo i(n)sistebat deno-
tauit. (et) pri(us) inquit q(uam) hoc circulo excedas, da responsu(m) quod se-
natui referam. no(n) legatu(m) locutu(m) s(ed) ipsa(m) curia(m) ante oculos posita(m)
credere(s). Continuo e(n)i(m) rex affirmauit fore ne ampli(us) de se ptholome(us)
quereret(ur). at tu(m) demu(m) popili(us) manu(m) ei(us) tanq(uam) socii apphendit. Q(uam)
efficax e(st) a(n)i(m)i s(er)monis q(ue) abscissa grauitas, eode(m) momento sirie re-
gnu(m) terruit, egipti texit.

Publii aut(em) Rutulii uerba pri(us) an f(a)c(t)a extime(m) nescio. Na(m) utrisq(ue)

eque admirabile inest robur. cu amici cuida iniuste rogationi resisteret atq; id p summa indignatione dixisset. quid igit mi inquit op' est tua amicitia si qd rogo no facis? respondit ymo quid mi tua si pp te aliquid ihoneste factur' sim?

Huic uoci consentanea illa opa q magis ordinu dissentione q ulla culpa sua reus factus nec obsoletam uestem induit nec insignia senatoris deposuit. nec supplices ad genua iudicu manus tetendit. nec dixit quicq splendore pteritor annor humili' effecit q ut piculum no ipedimentum grauitatis ei' eet sed experimentu. atq; etia cu ei reditu i patria Sillana uictoria pstaret. i exilio nequid aduersus leges faceret remansit. Qua pp felicitatis cognomen iusti' quis morib' grauissimi uiri q ipotentis armis assignauerit. qd quidem Silla rapuit Rutili' emeruit.

Marcus brut' suar prius uirtutu q patrie parentis patricida uno em facto & illas i pfundu pcipitauit. & omem nois sui memoria i expiabili detestatione pfudit. ultimu plium initur' negantib' quibusdam id comicti opotere fidenter inquit i acies descendo. hodie em aut recte erit aut nichil curabo. pcipserat em neq; se uiuere sine uictoria neq; mori sine securitate posse.

Cui mentio m subicit q aduersus M. brutum i yspania grauiter dictu est referre. Na cu ei se tota pene lusitania dedisset ac sola gentis ei' urbs Cirania ptinaciter arma retineret temptata redemptione ppe modu uno ore legatis bruti respondit. ferrum sibi a maiorib' quo urbe tueret' no aurum quo libertates ab ipatore auaro emeret relictum. Meli' sine dubio istud nrisanguinis hoies dixisset

q̄ audiuisset. h̄ illos q̄d'ez ia̅ i hec grauitatis uestigia deduxit.

Socrates aute̅ grece doctrine clarissimu̅ columen cu̅ athenis causa̅ diceret, defensione̅ q̄ ei lisias a se co̅posita̅ qua i iudicio ute ret' recitass&. dimissa̅ 7 supplice̅ iminenti p̄celle ac comodatam aufer inq̄t queso ista̅. Na̅ ego si adduci posse̅ ut ea̅ i ultima sithie solitudine p̄orare̅, ta̅tu̅ me ip̄e morte multandu̅ co̅cede̅. sp̄m ḡtep̄sit ne careret grauitate. maluitq̄ socrates extingui q̄ lysia̅ sup̄esse.

Quant' hic i sap̄ia tant' i armis alexander illa̅ uoce nobiliter edi dit. Dario ei̅ uno ia̅ 7 altero p̄lio uirtute̅ ei' exp̄to, atq̄ ideo p̄ate̅ regni tauro ten' monte filia̅ i mat̄monii cu̅ decies centu̅ milib' taletu̅ pollicente, cu̅ p̄menon dixiss& se si alexander ee̅ usuru̅ ea conditioe̅. respondit 7 ego uterer si p̄menon ee̅. uoce̅ duabus uictoriis respondente̅ digna̅ q̄ tui tertia sicut euenit fbueret'.

Ad hec quide̅ 7 ai̅ magnifici 7 p̄sp̄eri stat' illa uo̅ que legati macedonio̅ apud p̄re̅ ei' missa̅ fortitudinis sue co̅ditione̅ testati sit gloriosior q̄ optabilior. intollerabilib' e̅ onerib' ciuitas eo̅ i plicati sig̅ morte grau' i p̄are p̄seueraret morte̅ se i p̄latio̅s respon Nec par graue sp̄atani ciuda̅ dcm̅. siquide̅ nobilitate deriu̅ p̄stans 7 i petitioe̅ magr̄at' uict', max̄ sibi letitie ee̅ p̄dicauit q̄ aliquo̅ p̄ria sua se meliores uiros h̄ret. q̄ h̄moe̅ repulsa̅ honori adequauit.

De iustitia. C. V.

Tempus e̅ iustitie quoq̄ sancta penetralia adire i quib' se̅p equi ac p̄bri facti respect' religiosa cu̅ obseruatioe̅ uersat'. 7 ubi studiu̅ uerecundie, cupiditas rationi cedit. nichil q̄ utile quod par̄ honestu̅ uideri possit ducit'. ei' ante p̄opuu̅ 7 certissi

mu iter omes gētes nr̄a ciuitas exemplū est.

Camillo consule faliscos circumsedente magister ludi plurimos et nobilissimos inde pueros uelut ambulandi gr̄a eductos in castra romanorum pduxit. quib9 interceptis nō erat dubiū quin falisci deposita belli gerendi ptinacia tradituri se nr̄o imperatori essent. Ea re senat9 censuit ut pueri uinctū magistrū uirgis cedentes in patriā remitteret. qua iustitia ani eorum sunt capti quorum menia expugnari nō poterant. Namq; falisci beneficio magis q̄ armis uicti portas romanis aperuerunt.

Eadem ciuitas aliquotiens rebellando semperq; aduersis contusa plus tandem se . Q . lutatio consuli dedere coacta ē. aduersus quā seuire cupiens pplus . R . postq̄ a papirio cui9 manu iubente consule uerba deditionis scripta erant doct9 ē faliscos nō potestati sed fidei se romanorum commisisse omem irā placida mente deposuit. pariter q; in uirib9 odii nō sane facile uinci et assuetis uictorie obsequio q; pmptissime licētiā subministrat ne iustitie sue deesset obstitit.

Idem cū . p . claudi9 Camerinos ductu atq; auspitiis suis capto9 sub asta uendidisset. et si erariū pecuniā fines agris auctos animaduertebat. tamen q; parum liquida fide id gestū ab imperatore uidebatur. maxima cura conquisitos redemit. hisq; habitandi gr̄a locū in auentino assignauit et pdia restituit. pecuniā etiā nō ad curiā. sed ad sacraria edificanda sacrificia q; facienda tribuit. iustitieq; pmptissimo tenore effecit ut exitio suo letari posset. q; sic renati erāt. Menib9 nr̄is et finitimis regionib9 q̄ adhuc retuli q̄d seqt9 p totū terrarum orbē manauit.

Timocrates abracensis fabritio consuli pollicit9 est se pirrū ueneno p filiū suū qui potionib9 ei9 pherat necaturum. ea res cū ad senatum

esset delata missis legatis pirrum monuit ut aduersus huius generis
insidias cautius se gereret. Memor urbem a filio Martis condita(m) ar-
mis bella non uenenis gerere debere. Timocratis autem nomen suppressit
utroque modo equitatem amplexus. Quia nec hostem malo exemplo tollere
neque eum qui bene mereri paratus fuerat prodere uoluit.

Summa iustitia in quatuor quoque tribunis plebis eodem tempore conspecta est.
Nam cum Lucio Atratinio sub quo duce aciem nostram apud Ferruginem a Vol-
scis inclinatam cum ceteris equitibus correxerat. diem ad populum L. Hortentius
collega eorum dixisset. pro rostris iurauerunt in squalore esse quoad imperator
ipsorum reus esset futurus. Non substinuerunt eum egregii iuuenes. cuius
armati periculum uulneribus et sanguine suo defenderat eius togati ulti-
mum discrimen posteris insignia retinentis intueri. Qua iustitia mota
contio accusatione Hortentium desistere coegit. Que etiam iustitia eo
fato quod sequitur exhibuit.

Tum T. Gracchus et C. Claudius ob nimis seuere gestam censuram
maiorem partem ciuitatis exasperassent. diem his P. Popilius tribunus
plebis perduellionem ad populum dixit. preter communes consternationes
priuata etiam ira accensus. quia necessarium eius Rutilium ex publico loco pa-
rietem demoliri iusserat. quo in iudicio prime classis permulte centu-
rie Claudium aperte damnabat. de Gracchi absolutione uni consentire
uidebatur. qui clara uoce iurauit. si de collega suo grauius esset iudi-
catum in factis se pariter eandem cum illo penam exilii subiturum. Eaque
iustitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis capite repulsa est. Cla-
udium enim populus absoluit. Gracchum M. Popilio remisit.

Magnam laudem et illud collegium tribunorum tulit. quod cum unus ex eo collu

Cotta

Cotta fiducia sacrosancte potestatis creditoribus suis satisfacere nollet decreuit si neque soluere pecuniam neque daret cum quo sponsio fieret se appellantibus eum creditoribus auxilio futurum iniquum ratus maiestate publica priuate perfidie obtentui esse. Itaque Cottam in tribunatu quasi quodam in aliquo sacrario latentem tribunitia iustitia extraxit.

Cuius ut ad alium eque illustrem actum transgrediar. Cn. Domitius tribunus plebis M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit et si fortuna aspirasset ruina si minus certe ipsa obtractatione amplissimi uiri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius opprimendi cum summo studio flagraret seruus Scauri ad eum noctu peruenit instructurum se eius accusationem multis et grauibus domini criminibus promittens. Erat in eodem pectore et Domitius et dominus diuersa existimatione nefarium indicium perpendens. Iustitia uincit odium.

Continuo enim et suis auribus obseratis et indicis ore clauso duci eum ad Scaurum iussit. Accusatorem etiam reo suo ne dicam diligendum certe laudandum quem populus tum propter alias uirtutes tum hoc nomine libentius et consulem et censorem et pontificem maximum fecit.

Nec aliter L. Crassus in eodem iustitie experimento gessit. Cn. Carbonis nomen infesto animo utpote inimicissimi sibi detulerat. Seruus scrinium eius a seruo ablatum ad se complura continens quibus facile opprimi posset ut erat signatum cum seruo catenato ad eum remisit. Quo pacto igitur inter amicos uiguisse tunc iustitiam credimus ut inter accusatores quoque et reos tantummodo uirium obtinuisse uidemus.

Iam L. Silla non tantum se incolumem quam Sulpitium Rufum perditum uoluit tribunitio furore eius sine ullo fine uexatus. Ceterum cum

proscriptum, in villa latentem et a servo proditum, corporis manumissum parri-
cidam ut fides edicti sui extaret precipitari protinus saxo Tarpeio iussit.
illo scelere proscriptionis mixtus victor aliquin insolens hic ipso iustissimus.

Verum ne aliene iustitie obliti videamur. Phitacus Mitilineus cui
aut meritis tantum cives debuerunt aut moribus crediderunt ut ei
suffragiis suis tirannidem deferrent tam diu illud imperium sustinuit
quamdiu bellum de Sigeo cum Atheniensibus gerendum fuit. postquam autem
pax
par victoria parta est continuo reclamantibus Mitilineis deposuit. Ne
dominus civium ultra quam rei publice necessitas exegerat permaneret. atque etiam
cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur. avertit animum
ab eo munere deforme iudicans virtutis gloriam magnitudine prede minuere.

Alterius nunc prudentia referenda est, ut alterius iustitia representari
possit. cum salutarissimo consilio Temistocles migrare Athenienses in
classem coegisset Cerseque rege et copiis eius Grecia pulsis ruinas patrie
in pristinum habitum reformaret et opes clandestinis molitionibus ad
principatum Grecie capessendum nutriret in contione dixit habere se rem
deliberatione sua provisam quam si fortuna ad effectum perduci passa esset. Nichil
maius aut potentius Atheniensi populo futurum. sed eam vulgari non oportere.
ut
postulavit que aliquis sibi cum quo illam tacite communicaret daretur. datus est
Aristides. is postquam recognovit classem illam Lacedemoniorum que tota
apud
ad Githeum subducta erat velle incendere ut ea consumpta dominatio
maris ipsis cederet. processit ad cives et rettulit Themistoclem ut
utile consilium ita minime iustum animo volvere. e vestigio universa
contio quod equum non videretur ne expedire quidem proclamavit, ac protinus
Themistoclem incepto iussit desistere. Nichil est illis iustitie exemplis

forti⁹. seleuc' urbe.

Seleuc' urbe locresiu a se saluberrimis atq utilissimis legib' mu
nita. cu filius ei' adulterii crimine dānat' secundu ius ab ipo co
stitutu utroq oculo carere deberet. ac tota ciuitas i honore pris
necessitate pene adolescentulo remitteret. aliqdiu repugnauit.
ad ultimu pp'li p̄cib' euict'. suo prius deinde oculo filii eruto usu
uidendi utriq reliquit. Ita debitu supplicii modu legi reddidit. eq
tatis admirabili temperamento se inter misericordes p̄re 7 iustu legis latore

Set aliquato Charundę tyrii p̄fractior 7 abscisior patrie
iusticia ad uim 7 cruores usq ad seditiosas cociones ciuium pacauit
ac leges cauendo ut siquis eas cu ferro intrass& continuo interfice
ret'. Interiecto deinde tpe e longinquo rure gladio cinct' domu repe
tens subito i dicta concione sicut erat i ea processit. ab eo quo
constiterat solute se legis sue admonit' idem inqt. Ego illa sanciam.
ac protin' ferro quod habebat destricto incubuit. Cuq liceret culpā uel
dissimulare uel errore defendere penā tamen representare maluit. ne qua
fraus iusticie fieret.

De fide publica. c. vi.

Cuius ymagine ante oculos posita uenerabile fidei numen
dextra sua certissimu salutis humane pignus ostentat. Quā sp in
nr̄a ciuitate uiguisse 7 oēs gentes senserunt. 7 nos paucis exempliorum recognoscamus.

Cum ptholomeus rex tutorem R. p. filio reliquiss&. senat' Me
nium lepidu pontificem maximu bis consulem ad pueri tutelā ge
rendam alexandriam misit. amplissimāq 7 integerrimi uiri sancti
tatem rei p. usib' 7 sacris operam exterñe procurationi uacare uoluit.

Ne fides ciuitatis nr̄e frustra petita existimaret⁹. Cui⁹ beneficio regia
incunabula conseruata pit⁹ & decorata iterum ptholomeu reddiderunt.
pat⁹ ne fortunam mag an tutoris maiestate gloriari deberet.

Speciosa q̄z illa Romana fides. Ingenti penorum classe, penos agi- circa syl... deducta du... ei⁹ fractis ... consilia pe...
tabant, quorum amilchar ire se ad consules negabat aude(re) ne eodem mō
catene sibi inicerent⁹, quo ab his Cornelio asino consule fuerant
iniecte. hanno autem certior ani(mi) extimator nichil tale timendum rat⁹ maxima
cum fiducia ad colloquium eorum tetendit, apud quos cum de fine belli ageret,
& tribun⁹ militum ei dixisset posse illi merito uenire. qd Cornelio accidisset.
uterque consul tribuno tacere iusso. Isto te inquit metu hanno fides nostre
ciuitatis liberat. claros illos fecerat tantum hostium ducem uincire potuisse.

Sed multo clariores fecit noluisse aduersus eosdem hostes parem
fidem in iure legationis tuendo. p. c. exhibuere. M. Emilio lepido. l.
Flaminio consulib⁹. l. Minutium & l. Mallium Cartaginensium legatis
q(ui)a manus his attulerant per fetiales claudio pretori dedendos curaue-
runt. Se tunc senat⁹ non eos quib⁹ hoc prestabat⁹ aspexit.

Cui⁹ exemplum superior Africanus secut⁹ cum onustam multis & illustrium
Cartaginensium uiris nauem in suam potestatem redegisset inuiolatam
dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant. tamen si manifestum
erat illos uitandi presentis periculi gratia falsum legationis nomen am-
plecti, ut romani imperatoris potius decepta fides quam frustra implorata iudicaret⁹.

Representem⁹ etiam illud senat⁹ nullo mō pretermittendum opus.
legatos ab urbe apollonia Roma missos. Q. fabi⁹. Cn. apróni⁹
ediles orta contentione pulsauerunt. Quod ubi comperit continuo eos
per fetiales legatis dedit, questorem cum his brundisium ire iussit.

Ne qua in itinere a consulibus deditorum iniurias acciperent. Illam curiam mortalium quis consilium an fidei templum dixerit? quam ut civitas nostra semper benigna prestitit, ita in sociorum quoque animis constantem recognovit.

Post duorum in Hyspania Scipionum totidemque romani sanguinis exercituum miserabilem stragem Saguntini victricibus Hannibalis armis intra menia urbis sue compulsi, cum vim punicam ulterius nequirent arcere, collatis in forum que unicuique erant karissima, atque undique circumdatis accensisque ignis nutrimentis, ne a societate nostra desisterent, publico et communi rogo semet ipsos superiecerunt. Crediderim tunc ipsam fidem humana negotia speculantem mestum gessisse vultum perseverantissimum sui cultum iniquo fortune iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

Idem prestando Petilini eiusdem laudis honorem meruerunt. Ab Annibale, quia deficere a nostra amicitia noluerant, obsessi, legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus propter recentem Cannensem cladem succurri non potuit. Ceterum permissum est ut id facerent quod utilissimum incolumitati ipsorum videretur. Liberum ergo erat Cartaginensium gratiam amplecti. Illi tamen feminis omnique etate inbelli urbe egesta, quo tutius armati famem traherent, eorum · civitas quoque ulla ex parte respectum romane societatis deposuit. Ita quoque Hannibali non Petiliam, sed fidum Petilie sepulcrum capere contigit.

pertinacissime in
muris constiterunt.
Exspirant quoque potius

De fide uxoris erga maritum. C. 7.

Atque ut uxoriam fidem quoque attingamus, Tertia Emilia Africani prioris uxor, mater Cornelie Gracchorum, tante fuit comitatis et patientie, ut cum sciret viro suo ancillulam gratam esse, dissimulavit, ne domitorem orbis Africanum femina impatientem reum ageret.

Tantumq; a uendicta meis ei afuit. ut post mortem africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

Quintum lucretium proscriptum a triumuiris uxor Turia inter cameram et tectum cubili abditum una conscia ancilla ab mente exitio non sine magno periculo suo tutum prestitit. singularique fide id egit. ut cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus uix euaderet. ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem retineret.

Sulpitia autem cum a matre Julia diligentissime custodiretur. ne lentulum Cruscellionem uirum suum proscriptum a triumuiris in sicilia persequeretur. Nichilominus famulari ueste sumpta cum duabus ancillis totidemque seruis. ad eum cladestina fuga peruenit. Nec recusauit se ipsam proscribere ut ei fides sua in coniuge proscripto constaret.

De fide seruorum erga dominos. c. 8.

Restat ut seruorum etiam erga dominos quominus exspectatam hoc laudabiliorem fidem referam. M. antonius auorum nostrorum temporibus clarissimus orator incesti reus agebatur. Cuius in iudicio accusatores seruum in questionem perseuerantissime postulabant. quod ab eo cum ad stuprum iret laternam prelatam contenderent. Erat etiam tunc is inberbis et stabat corona. uidebatque rem ad suos cruciatus pertinere. nec tamen eos fugitauit. Ille uero ut ... domum peruentum est antonium hoc nomine uehementius confusum et sollicitum ultro est hortatus ut se iudicibus torquendum traderet. affirmans nullum ore suo uerbum exiturum. quo causa eius lederet. ac promisse fidei mira patientia prestitit eum plurimis uerberibus eculeoque inpositis candentibus et laminis ustus omnem uim accusationis custodita rei salute subuertit. Argui fortuna merito potest quod pium et tam fortem spiritum seruili nomine inclusit.

Consulem autem C. Marium penestrine obsidionis miserabilem exitum sortitum cuniculi latebris frustra evadere conatum levique vulnere a Telensino cum quo mori destinaverat perstrictum servus suus ut Sillane crudelitatis expertem faceret gladio traiecto interemit. cum magna premia sibi proposita videret si eum victoribus tradidisset. cuius dextre tam opportunum ministerium nil eorum pietati cedit, a quibus salus dominorum protecta est. quia eo tempore Mario non vita sed mors in beneficio reposita erat, eque illustre quod sequitur.

Gracchus ne in potestatem inimicorum perveniret philocrati servo suo cervices incidendas prebuit, quas cum celeri ictu abscidisset, gladium cruore domini madentem per sua egit precordia. Euporum alii hunc vocitatum existimant. ego de nomine nil disputo familiaris, tantummodo fidei robur admiror, cuius si presentia animi generosus iuvenis imitatus foret, suo non servi beneficio imminentia supplicia vitasset. Nunc commisit ut philocratis quam Gracchi cadaver speciosius iaceret. alia nobilitas alius favor sed fidei par.

Pindarus philippensi Cassium prelio victum nuper ab eo exeum manumissus iussu ipsius obtruncatum insultationi hostium subtraxit. seque e conspectu hominum voluntaria morte abstulit. Ita ut ne quidem corpus eius assumpti inveniretur. Quis deorum gravissimi sceleris ultor, illam dextram que in necem patrie parentis exarserat tanto torpore illigavit. ut se tremebunda pendari genibus summitteret, ne publici parricidii quas merebatur penas arbitrio pie victorie exolveret. Tu profecto tu dive Juli celestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam. perfidum erga te caput sordidi auxilii supplex fieri cogendo eo animi estu compulsum, ut neque retinere vitam vellet neque finire sua manu auderet.

Adiunxerit se his cladib(us) C. plotiu(s) plancu(s) Munaci(us) planci consularis (et) Censoru(m) frater. Qui cu(m) a triumviris p(ro)script(us) i(n) regio(n)e Salernitana late(re)t / delicatiore uite g(e)n(er)e (et) odore ungue(n)ti occultam salutis custodia(m) detexit. Istis e(n)i(m) uestigiis eo(rum) qui miseros p(er)seque bant(ur) sagax inducta cura abditu(m) ei(us) fuge cubile odorata (est). A q(ui)b(us) co(m)p(re)hensi s(er)ui latetes multu(m) q(ue) ac diu torti / negabat / se scire ubi d(omi)n(u)s e(ss)et. No(n) substinuit deinde planc(us) ta(m) fideles ta(m)q(ue) boni exe(m)pli s(er)uos ulteri(us) cruciari. s(ed) p(ro)cessit i(n) mediu(m) / iugulu(m)q(ue) gladiis militu(m) obiecit. q(uo)d c(er)ta(men) (cetamen) mutue beniuole(n)tie arduu(m) dignosci fac(it). utru(m) (bter) dignior d(omi)n(u)s fuerit / qui ta(m) co(n)stante(m) s(er)uo(rum) fide(m) expiret(ur). an s(er)ui qui ta(m) iusta d(omi)ni mi(seri)cordia questionis s(e)u(i)tia liberarentur.

Quid Urbani penapionis s(er)uus? q(uam) admirabilis fidei. Cu(m) ad d(omi)nu(m) p(ro)scriptu(m) occidendu(m) domestico(rum) indicio c(er)tiores factos milites i(n) reatina(m) uilla(m) uenisse cognosc(er)et. Co(m)mutata cu(m) eo ueste / p(er)mutato etia(m) anulo illu(m) postico cla(m) emisit. se a(utem) i(n) cubiculu(m) ac lectulum recepit (et) ut penapione(m) occidi passus (est). breuis hui(us) f(a)c(t)i narratio. s(ed) no(n) p(ar)ua laudationis materia. Na(m) siquis a(n)t(e) oculos ponere uelit. subitu(m) militu(m) accessu(m) co(n)uulsa ianue claustra / minacem uoce(m) truces uult(us) fulge(n)tia a(r)ma / re(m) uera extimatione p(er)seque(tur). Nec q(uam) cito d(icitu)r aliq(ue)m p(ro) aliquo mori uoluisse ta(m) id ex facile fieri potuisse arbitrab(itur). panapio aut(em) q(uan)tu(m) s(er)uo deb(er)et / amplu(m) ei faciedo monume(n)tu(m) (et) testimoniu(m) pietatis g(ra)to titulo reddendo co(n)fessus (est). Co(n)tent(us) e(ss)e(m) h(is) ex(empl)is (pos)s(e)m nisi unu(m) me admiratione s(u)i dice(re) coge(re)t.

Anci(us) Restio p(ro)script(us) a triumuiris cu(m) omes domesticos circa rapina(m) (et) p(rae)da(m) occupatos uideret q(uam) max(im)e poterat dissimulata

fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. Cuius fatiuum egre-
ssum servus ab eo uinculorum pena coercitus et exp[er]imi abilique litterarum
nota per summam oris contumeliam inustus speculatus oculis ac lateri
uolutarius comes adesit. Quo quidem tam exquisito tamque ancipiti offi-
cio perfectissimum spectate pietatis cumulum expleuerat. His enim
quorum felicitas in domo status fuerat lucro intentis ipse cum nil aliud
quam umbra et ymago suppliciorum suorum maximum esset emolumentum eius
a quo tam grauiter punitus erat salutem iudicauit. Cuique abunde foret
iram remittere, adiecit etiam caritatem. Nec actenus beniuolentia
processit, sed in eo conseruando mira quoque arte usus est. Nam ut sensit cupidos
sanguinis milites superuenire a moto domino rogum extruxit. eique ege-
tem a se comprehensum et occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde
militibus ubinam esset Antius manum rogo intentans ibi illum datis sibi crude-
litatis piaculis uri respondit. quia ueri similia loquebatur, habita est uoci
fides quo euenit ut Antius statim querende incolumitatis actionem assequeretur.

vestigia huc atque illuc errantia beniuolo studio subseruit

De mutatione morum et fortune. c. 9.

Multum animis hominum et fiducie adicere et sollicitudinis detrahere
potest morum ac fortune in claris uiris recognita mutatio siue
nostros status siue proximorum ingenia complectemur. Nam cum aliorum for-
tunas spectando ex conditione abiecta atque contempta emersisse
claritatem uideamus. Quid aberit quin et ipsi meliora de nobis semper
cogitemus memores stultum esse perpetue felicitatis se damnare spem
que etiam incerta recte fouetur interdum certam in desperatione conuertere.

M. Torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis inter initia iuuente
existimatus ut a patre L. Manlio amplissimo uiro quia et domestice et

rei p. usibus inutilis videbatur rus relegatus agresti opere fatigaretur.
Post patrem reum iudiciali periculo liberavit. Filium victorem quod
adversus imperium suum cum hoste manum conseruerat securi percussit.
Priam latino tumultu fessam speciosissimo triumpho recreavit. In
hoc credo fortune nubilo adolescentie contemptu perfusus quo senectu-
tis eius decus lucidius enitesceret.

Scipio autem africanus superior quem dii immortales nasci voluerunt
ut esset in quo virtus semper omnes numeros suos efficaciter ostenderet
solutioris vite primos annos adolescentie egisse fertur remo-
tos quidem a luxurie crimine. sed tamen punicis trophaeis devicte car-
taginis cervicibus imposito iugo teneriores.

C. Duius quoque valerius Flaccus secundi punici belli temporibus luxu perditam
adolescentiam inchoavit. Ceterumque a. P. Licinio pontifice maximo
(i. sacerdos) flamen factus quo facilius a vitiis recederet. ad curam sacrorum et cere-
moniarum conversio animo usus. duce frugalitatis religione quantum prius
luxurie fuerat exemplum tantum postea modestie et sanctitatis specimen evasit.

Nichil. Q. fabio maximo qui gallica victoria cognomen allobro-
gis sibimet ac posteris peperit adolescente magis infame. nichil
eodem sene ornatius aut speciosius illo seculo nostra civitas habuit.

Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo proventu clarissimorum
virorum excelsum gradum obtinuisse. Cuius si superior etas revolvatur
multi lusus multe delitie reperiantur. que quidem ei impedimento non fuerunt.
quominus patrie princeps existeret. Nomenque eius in capitolio fastigio fulgeret
et virtute civile bellum ingenti motu oriens sepelliret.

Lucius vero Sulla usque ad questure sue comitia vitam libidine vino

ludicre artis amore īquinatā ꝑduxit. Quā ꝑꝑ. G. Mariū cōsulē
moleste tulisse tradit᷒. Q sibi asperrimū ī africa bellū gerenti.
tū delicat᷒ questor sorte obuenisset. eidē uirtutis qui ꝑruptis
⁊ disiectis nequitie qua obsidebat᷑ claustris catenas Jugurte
manib᷒ iniecit. Mitridatē cōpescuit. sotialis belli luctus repressit.
Cyne dominationē fregit. eūq; qui se ī africa questorē fastidie-
rat ipā illā ꝓuinciā ꝓscriptū ⁊ exulē petē coegit. que tā diuer-
sa tā q; int᷑ se contraria siquas apud aīm̄ suū attentione cōpara-
tione expendere uelit. duos ī uno hoīe sillas fuisse crediderit.
turpē adolescentulū ⁊ uirū dicerē fortē n̄ ipse felicē appellari
maluisset. atq; ut nobilitatis bn̄ficio penitentie se ipīū admonite
respicere. altiora modo suo sp̄are auxas subtexamus.

Jtus ausidi᷒ cū asiatici punici exiguā admodū ꝑticulā habuisset.
postea totā asiā ꝓ consulāi impio obtinuit. Nec īdignati sunt
socii ei᷒ parere fascib᷒ quē aliena tribunalia adulātē uiderant. gessit
etiā se ītigerrime atq; splendidissime. eo q; ĩo demonstrauit. pristinū
questū fortune pris uiō dignitatis īcremetū morib᷒ ipi᷒ iputatū debere.

AT. p. Rutili᷒ nō publicanū ī syllia egit s; opas publicanis dedit.
idē ultimā inopiā suā auctorato a suis officio sustentauit. ad hoc
postmodū cōsimule leges uniuersi seculi accepīt. a crebissimo q;
predonū ac fugitiuorū bello liberati sūt. ꝓtus ipos siquis in muti
reb᷒ inest sensus tātā ī eodē noīe uarietatē stat᷒ admiratos arbi-
tror. Quē eē diuinas capturas exigētē animaduerterat eūdē iura
dātē classē ⁊ exercit᷒ uiderūt. huic tāto īcremēto maius adiciā.

Esculo capto. Gn. pōpei magni patē uenditum etate puerem

i triumpho suo oculis subiceat. Hic est Ventidius qui postea Rome ex Parthis
et per Parthos de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter iacentibus triumphum
duxit. Ita qui captivus carcerem exhorruerat victor capitolium fe
licitate celebravit. In eodem etiam illud eximium quod eodem anno pretor
et consul factus est. Casuum nunc contemplemur varietatem.

Lucius vero Lentulus consularis lege Cecilia repetundarum crimine op
pressus. Censor cum L. Censorino creatus est. Quem quidem fortuna
inter ornamenta et dedecora alterne vice versavit. Consulari ipsius
damnationem damnationi censuram subiciendo et neque bonis eum perpetuis
frui neque malis eternis ingemescere patiendo.

Iisdem viribus uti voluit M. Gn. Cornelio Scipione Nasica qui
consul a Penis apud Liparas captus cum belli iure omnia perdidisset. letio
re subinde vultu eius adiutus cuncta recuperavit. Consul etiam iterum
creatus est. Quis crederet illum de .xii. securibus ad Cartaginentium
perventurum catenas. Quis rursus existimaret a punicis vinclis
ad summa imperii perventurum insignia. Sed tamen ex consule captus
ex captivo consul factus est.

Quid Crasso Rome pecunie magnitudo locupletis nomen dedit. Sed
eidem postea inopiam turpem decoctoris subscriptione iussit. Siquidem bona eius a
creditoribus quia solidum prestare non poterat venierunt. Ita quamvis amara sugil
latione non caruit. cum egens ambularet dives ab occurrentibus salutabatur.

Crassum casus acerbitate Q. Cepio preciurrit. Is namque preture splen
dore et triumphi claritate consulatus decore maximi pontificis sacer
dotio ut senatus patronus diceretur assecutus. in publicis vinculis
spiritum deposuit. Corpusque eius funesti carnificis manibus laceratum

i scalis gemoniis iacens magno cum horrore toti foro R. conspectus est.

Jam C. Marius fortune maximus luctator est. omnes enim eius impetus itaque corporis quam animi robore fortissime sustinuit. arpinatibus honoribus iudicatus inferior. questuram rome petere ausus est. patientia deinde repulsarum irrupit magis in curiam quam uenit. In tribunatus quoque et edilitatis petitione consimilem campi notam expertus preture candidatus supremo in loco inhesit. quem tamen non sine periculo optinuit. ambitus enim accusatus uix atque egre absolutionem a iudicibus impetrauit. Ex illo mario tam humili arpinate tam ignobili Rome tam fastidiendo candidato ille Marius euasit. qui africam subegit. qui Iugurtam regem ante currum egit. qui theutonicorum Cymbrorumque exercitus deleuit. cuius bina trophea in urbe spectabantur. cuius .vii. in fastis consulatus leguntur. qui post exilium consulem creari, proscriptoque proscriptione facere contigit. Quid huius conditione inconstantius aut mutabilius. quem si inter miseros posueris miserrimus inter felices felicissimus reperietur.

Gaius autem Cesar cuius uirtutes aditum sibi in celum struxerunt inter prime iuuentutis initia priuatus asiam petens de maritimis predonibus circha insulam pharmacusam exceptus. centum se talentis redemit. parua igitur summa clarissimum mundi sidus in piratico repondi fortuna noluit. Quid est ergo quod amplius de ea queramur si non consortibus quidem diuinitatis sue pepercit. Sed celeste numen se ab iniuria uendicauit. continuo enim captos predones crucibus afflixit.

Attento studio nostra commemorauimus. Remissiore nunc animo aliena narrentur. perdite luxurie athenis adolescens Polemo neque illecebris eius tantummodo sed etiam ipsa infamia gaudens. cum

ex conuiuio non post occasum solis sed post ortum surrexit. domumque rediens
Xenocratis philosophi patentem ianuam uidisset. uino grauis unguentis deli
butus sertis capite redimito perlucida ueste amictus refertam turba docto
ris eius scolam intrauit nec contentus tam deformi introitu consedit
et ut clarissimum eloquium et prudentissima precepta temulentie
lasciuiis eluderet. orta deinde ut par erat omnium indignatione Xe
nocratis uultum in eodem habitu continuit. omissaque re qua disse
